RETORSIO
Imposturarum,
QVIBVS
INCLYTAM
SVECORVM
GOTHORVMQVE
NATIONEM,


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


PETRVS PARVUS Rosefontanus
Eques Danus,

Solâ calumniandi ductus libidine impudenter admodùm insectatur;

Quam insontis Patriæ, à mendacissimis Sycophantæ calumnijs vindicandæ gratiâ, fideliter elaboravit

JANVS MINOR Suemensis.

ANNO
CIↃ IↃ C XIIII.



PROGRAMMA.

Nomine delirus quino Sycophanta triumphat;
Præcipuè à roseis dicier optat aquis;
Sed male: nāq; rosæ recreat fragrantia nares,
Hic velut urticæ fascis adurit eas;
Nec rosa puncturis infert quoq; vulnera, pūgit
Ille prout tribulus spinaq; nata rubis:
Vndè tulit spinas tempus, non grata rosarum
Germina, cùm primùm te fera nixa parēs;
At secus excrevit lethalis flumina fontis,
A quibus hæc virus imbibit acre nimis;
Spineq; fontanus posthac Sycophanta vocetur,
Nomen ab urtica pestiferumq; gerat:
Atqui cùm sit Eques, pedes haud dignabitur ire,
Insideat mulis, si placet, aut asinis;
Parvus enim Parvo, famulatur asellus asello,
Aut levis hunc Equitem portet, arundo Danum.





Serenissimo juxta ac Potentissimo
PRINCIPI,

DN. GUSTAVO ADOLPHO,

Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; REGI *designato*
Domino meo clementiss.

SALUTEM & FELICITATEM sempiternam.

PRÆclarissimum verissimumque illud Isocratis, REX *Serenissime, hoc pacto quemvis famæ capulum adhortantis*, Plus tibi curæ sit, ut honestam famam, quam divitias ingentes liberis relinquas; Nam hæ mortales sunt, illa immortalis, & per famā comparari Apud Stobæum pa. 711.

possunt opes; nunquã verò pecuniis fama redimitur, divitiæq; improbis etiã accedunt, Sed famę gloria nõ potest nisi solis eximiis viris contingere. *Quocircà frequens meũ tenuit animũ admiratio, quòd illustris Suecorũ natio, tanto in exteris regionib. tempore, impudentissimis* Petri Rosęfontani *deturpata calumniis, non respônderit dũdum stulto secundum stultitiam suam, nè diutius in ea gloriaretur: Neq; profectò huic necessario existimationis suæ, tàm diu supersedisset patrocinio, si ejusdem prudentissimi Isocratis, illã quoq; voluisset animo parænesin:* Cavè tibi à calumniis, etsi falsæ sint; pleriq; enim veritatem ignorãt, respiciunt autem opinionem.

Idem pag 521.

Verùm

Verùm dubio procul, illa vicissim disertissimi sententia Demosthenis, tanto Suecorum prælargam præbuit ansam interim silentio. Calumnia aliquantisper quidem audientium opinionem confirmat, progressu verò temporis nihil ipsâ imbecillius est. Ibidem.
Sicut etiam illud integerrimi viri Senecæ : Malè de me loquuntur homines, quia benè loqui nesciunt ; faciunt quod non mereor, sed quod solent. Epist. 77.

Neque sanè inficior viros sapientissimos, olim optimo solum conscientiæ testimonio fretos, contemptis duntaxat respondisse imposturis, non absq; ingenti Sycophantarum indignatione, illud pariter Menandri ingeminando

Stobæus loco citato.

& sese consolando: Quisquis est qui calumniis statim fidem adhibet, aut moribus improbis præditus est, aut ingenium prorsus habet puerile. *Sed ea mortalium est perversitas modernorum, ut certissimum statuant sontis documentum, ad objectas conticescere calumnias, juxtà proverbium:* Qui tacet consentire videtur. *Ac proindè mihi quamprimum hujusmodi in patriam meam, Sueonum gentem clarissimā innotuerunt calumniæ, ac per commoda ipsarum demolitioni nactus essem argumenta, diutius minimè silendum existimans; me huic æquissimæ accinxi animosè Retorsioni; Atq; nè Adversariis novam calumniandi por-*

di porrigerem ocasionem, quòd solum domesticis illos oppugnarem testimoniis, externorum firmißimâ obmunitus Chronographorum authoritate, & præcipuè Danicorum, hanc ingressus sum audacter arenam, nequaquam illustrem Daniæ populum calumniandi proposito; Sed vanißimis turpißimisq; Rosefontani adversus Sueones Gothosq; imposturis animo solùm respondendi; Idcircò si quippiam subindè asperius in Danicam protulero nationem, id calumniæ caussa retorquendæ facio, à Parvo Sueonibus immeritò obtrusæ, cujus illud impudentiæ, non mihi patriæ insontis defensioni jure intento, censeant Dani imputandum. Potißima autem dis-

 sentio-

sentionis utrinq; capita sunt: Nunquid aniles pro annalibus usurpent Sueones fabellas? Vtra gaudet natio majori antiquitatis prærogativa? Ex Sueonia, an verò ex Dania olim fortissima Gothorum agmina in transmarinas, & transalpinas eruperunt nationes? Confœderationis, auspicio Reginæ Margaretæ tria inter regna hæc borealia initæ, qui primariam transgressioni præbuêre caussam? Et deniq; quâ Dani possident hodiè jurisdictione pulcherrimas Gothorum Provincias Scaniam & Gotlandiam? Quarum legitima decisio, permultas quoq; alias unà dirimit, Suecos & Danos inter controversias; veluti quo loco historia Johannis

Magni

Magni ducendæ? An Ericus Vbsalensis Decanus, præclaras Suecorum Gothorumq; res gestas terrâ mariq; primus in historiam compegerit? Nunquid regina Margareta, & Ericus Pomeranus universa regni Suecici in Daniam trãsmiserint anno MCDVIII. *monimenta? Num Magog Noæ ex Japheto nepos primus fuerit Sueonum rex, & in Finlandia inprimis rerum potitus? An Sueones à Schytis, vel Suevis oriundi? Quos Dani propagatores agnoscere compelluntur? Juthi, Guthi & Gothi nùm ijdem? Dani Gothorum titulo & nomenclaturâ jurenè utuntur? Nunquid Reges, vel tyranni in Sueonum Repub- fuerint, Margareta,*

Ericus Pomeranus, Christopherus, Christiernus I. Johannes & Christiernus II? Atq; quàm veritati conformiter hæc olim de ipsis, Ericus Vbsalensis prolocutus? Nam à temporibus Magni Regis ultimi, Regnum Sueciæ non habuerat Reges, sed tyrannos, quorum studium erat, non conservare Regnum, sed eviscerare, & exhaurire, ac in solitudinem redigere. *Num Danorum Reges aliquid habeant jurisdictionis hodie in Sueciam? An Sueones illorum tributarij? Vtri sunt fœdifragi, perjuri, Sueci an Dani? Qui perfidi, incantatores & insidiosi? Qui dolis & fraudibus bella plerunq; gerunt? Nunquid præstantissimi Sueonum*

In vita Erici.

num Reges, fuerint sceleratißimi? Et tandem utrum Suecia omnium sceleratorum sit asylum reputāda? Quos litigij veteres utrinq; nodos, justißimâ resolvi animadversione, itá ut nequaquam formidem, integri candidiq; judicij Danos, huic etiam caussæ censores & æstimatores adhibere; Ideoq; si quispiam cæterorum, malevolentiâ quadam & calumniandi motus appetitu, eosdem contrariâ imposterùm attentaverit ratione fallaciter enodare, me acerrimum, quoad Spiritus hos rexerit aliquis & inhabitaverit artus, Antagonistam habiturus; Quandoquidem patriæ utilitati, dignitati, celebrationi ac defensioni me totum mancipaverim, vitamq; ipsam illius

gratia

gratiâ in discrimen adducere; *multò magis quosvis, etiam gravissimos pro ejus suscipere emolumento ingenij sudores sim paratissimus; Neq; illud mirum, cùm juxta Euripidis adhortationem,*
Ap. Stob. pag. 495. Conveniat omni ratione & arte amantes patriam, Salutem ejus moliri; *& secundum Sophoclis protestationem;*
Idem pag 496. Nunquam equidem inimicum patriæ virum in amicitiam recipere meam decreverim, hoc sciẽs quòd patria est quæ nos servat: *Sin autem fatorum me jam tùm abripuit inclementia, quoslibet ingenuos patriæ obtestor Alumnos, nè Sycophantarum imposturis, hunc animi mei flagrãtissimum Zelum, & patriæ innocentiam*

charis-

charissimæ, diu oppressa jacere patiantur.

Sed te potissimum, Serenissime Rex; obsecro, ut pro singulari tuo in patriam amore, innumeris hactenus documentis manifestato, ac benevolentiâ erga quosvis illius fideles alumnos, ut me vivum mortuumq; unà cum ipso in patriæ conscripto patrocinium opusculo, Tuæq; Majestati humiliter consecrato, authoritate regiâ adversus quoscunq; obtrectatorum insultus, benevolè & gratiosè tuearis, memor illius identidem Euripidis : Ne Rex Dirum patriæ fidum unquam derelinquas; *Sicut etiam hunc volvere Tua Majestas non dedignetur codicem, obnixè & submissè oro,* Idem pag 706.

sè oro, non meo solum sed Demetrij Phalerij invitata desiderio, qui gloriosissimum frequenter admonere consueverat Regem Ptolomeum, Ut libros de Regno conscriptos sedulò compararet, & lectitaret; Quòd de quibus amici Reges admonere non auderent, in libris utiliter forent comprehensa: *Hisce quàm diutissimè æquè ac felicissimè, Rex Potentissime, vive, vale atq; rege. Ex meo Musæo, Calendis Ianuar. Anno* CIƆ IƆC XII.


Ibidem pag. 709.

Vestræ Regiæ Majest.

fidelissimus servitor

Janus Minor Suemensis.

AUTHO-



AVTHORUM Elenchus XLVIII.


Quorum invictâ subnitur hæc RETORSIO authoritate.

M. *Adamus Bremensis.*
D. *Adam. Henricpetri.*
Anonimus Danicus quidam.
Berosus Chaldæus.
Chytræus.
Claudius Ptolomæus.
Cominæus.
Crancius.
Damianus à Göes.
Demetrius Valerius.
Demosthenes.
D. *Ericus Vbsalensis.*
Erpoldus Lindenbruchius.
Euripides.
D. *Henricus Padionæus.*
Hermannus Schedels.
Hermannus Bonnus.
Huitfeldius.
Jacobus Zieglerus.
Jacobus Bergomensis.
Johannes Annius Viterbiensis.
Johannes Bodinus.
Johannes Botherus.
M. *Johannes Martini.*
Jornandes Gothus.
Josephus.
Islandiæ Chronicon.
Isidorus.
Isocrates.
Leges Suecorum vetustissimæ
Levinus Lemnius.
Ludovicus Vives.
Marcus Cato.
Matthias Vestemonast.


Messan.

Menander.
Munsterus.
Ovidius.
Paulus Orosius.
Paulus Iovius.
Petrus Trecensis.
Rythmicū Sueciæ Chronicon.
Saxo Grammaticus.
Sophocles.
M. Stephan. Prætorius.
Strabo.
Tacitus.
Thomas Freigius.
Virgilius.

His ego patronis stipor, vix cingitur uno
Parvus, contentus fraudibus atq; dolis.







RETORSIONIS

Adversus PETRUM PARVUM *Rosefontanum Sycophantam impudentissimum.*


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPUT I.

PRODIIT è regno Daniæ, Anno M. D. L X. Codex quidam famosus, adeò amarulentis & confictis nationem Suecorum, Gothorumq; perstringens calumniis, ut audatiores & impudẽtiores non meminerim me usquàm audivisse aut legisse imposturas, etiam in gentem sceleratissimam ullibi propemodùm locorum accumulatas: Quippè Suecones Gothosq;, nullâ liberali doctrinâ excultos, nullâ disciplinâ ad virtutem & modestiam assuefactos, iræ, invidiæ ac livoris plenos vi grassari, jactabundos factiosos, incantatores, dolosos, tributarios Danorum, fœdifragos, periuros,

 Scelera-

ſceleratorum, omnium receptores, infames imperatorio proclamatos edicto; pro hiſtoria anilibus utentes fabellis, originis ſuæ falſa adducere primordia; Birgerum, Jerl, VValdemarum, Magnum Ladulås, Carolum VIII. Stenonem Seniorem, Suanronem, Stenonem Juniorem, & Guſtavum Reges & gubernatores Suecorum Gothorumq; præſtantiſſimos, paſſim ſceleratiſſimos compellare, abſq; omni veritatis imagine, nequaquam in illo codice Danus erubuit. Quanquam in ipſo mox operis ſui veſtibulo, vulpinâ quadam modeſtiâ proteſtetur, ſe externarum nationũ, aut perſonarum privatarum, ſeu publico officio fungentium honori, famæ aut exiſtimationi, hoc ſuo ſcripto, nihil prorſus velle detractum: Hujus autem libelli authorem ſe profitetur Petrus Parvus Roſefontanus Eques Danus, qui in principio adfirmat hujus codicis immaniſſimum illum tyrannum Chriſtiernum II. In Germania extorrem ſuâ decreviſſe operâ uti, in refutandis Suecorum proteſtationibus tunc temporis adverſus eũdem tyrannum juſtiſſimè, veriſſimeq; evulgatis; Ac proindè hoc pacto ſibi ad archivum Chriſtierni acceſſu libero permiſſo, materiem negotio

injunctœ

injuncto oportunã exequendo, copiosam studiosè coadcervasse; Sed quo minùs eâ tempestate suo satisfaceret proposito admodum maligno, arrogans & impudens responsum ab ipso, Regi Christierno, de solertia in depingendis characteribus sciscitanti datum obstitisse: Ideoq; quæ singulari studio, curâq; magnâ collegerat documenta, pro tempore seponens, aliud magis oportunum, in quo usus illorũ aliquis (ut verbis ipsius utar) esse posset, sibi exspectandum constituisse; quæ malevola dùm tenet hominem exspectatio, oblatam ipsi Historiam Johannis Magni, cum oratione Hemmingij Gaddij ad calcem operis insertâ, contra Danos Stocholmiæ in consessu Senatorum paucis abindè annis proclamatâ; Atq; illius protinùs Orationis, sicut etiam Chronici memorati, ex Consilio Johannis Frys Cancellarij Danici, se alacriter accingens, (si Diis placet) confutationi, ex prægrandi illo documentorum, vel potiùs mendaciorum plaũstro, superioribus annis solerter congregato, Apologiam hanc Gaddianæ oppositam dictioni, & velut illius basim, Johannis Danici Regis Historiã, veteratoriè, non minùs quàm impudenter, haud absq; pudore multo consuisse.

 Porrò

Porrò hic Eques Daniæ clitellaris, plurimùm hallucinari & cespitare sub hoc plaustro calumniarum, nec mente ipsius observari illud jugiter, mihi videtur; Oportet mendacem esse memorem: Siquidem in calce operis totius, hac verborum jactantiâ ae metam obequitet. *Porrò autem de mea fide nihil hic quicquam magnificè scribam, sed id palam apud omnes testatum velim, nihil hîc de meo esse additum; Sed pleraq; omnia, ex fidelißimis monumentis, à Secretario, scriba præfati regis Johannis non indocto Conscriptis eruta esse; quæ cum involucris papijraceis indè conficiendis destinata essent, mirabili interveniẽs casu, quasi è flamma erepta, nè discerperentur, servavi, eaq; in Historiam bono ac debito ordine disposui.* Qui profectò Epilogus, longè difformis à prologo, ideoq; nec tu Rosefontane, nec materies codicis tui, neq; ipse codex sibi satis undiquaque constat; Ac consultiùs tibi fuisset, si hæc papyracea Scribæ involucra, & scombri piperisq; cucullos reliquisses, his foricæ mediastinis clarissimã Sueonum nationem prçter omne demeritum,

Pag. ult.

non

non conspurcando, & te, gentemq; tuam odio quorumliber, rectè de famoso & mendacissimo tuo codice sentientium exponẽdo; velut etiam tuo te hac ratione jugulando acluace: Quandoquidem etiàm remotæ propemodùm mentis homo, hinc non obscurâ colligere possit conjecturâ Apologiæ & Historiæ tuæ vanitatem, si documenta undè sunt consuta, à scriba archivi Regij, (in quo sincerorum monumentorũ longè major habetur ratio & æstimatio, quàm præciosissimi cujuslibet metalli) extant papijraceis jam destinata involucris!

CAPVT II.

Sed quid cum tuis Rosefontane diutiùs colluctor umbris, siquidem qui te de facie & conversatione probè noverũt, & intimè tecùm sunt conversati, ingenuam deposuerint frequẽter confessionem, imò & jusjurandum, hos tribulos & spinas, in suo non pullulasse dumeto, quòd potiùs libero & liberis, quàm libro hujusmodi concinnando, noctes atque dies insũmere consueveris; Et neq; ejus eruditionis extiteris, ut vel congruè, mentis tuæ sensa dictione latiâ proferre potueris, multo minùs industriâ & Marte proprio has impo-

ſturas phraſi latinâ donare! Sicuti quoq; libri hujus ſuppoſititij authorem perſonatum, ea propter ſub nomenclatura ſe latere tua poſſe arbitratum, quòd Vatiniano, vel potiùs Dano, proſequereris ſemper odio, gentem Suecanam, in ſervitio crudeliſſimi Domini tui Chriſtierni tyranni imbibito, apud omnes foret in confeſſo & manifeſto; Atq; ideò commodiùs faciliusq;, te Autore aut inſtigatore has calumnias in Sueones Gothosq; inſontes lucem aſpexiſſe, Cimmeriis vel Cimbricis, undè infeliciter emerſerunt, perpetuò dignæ caliginibus, ſuſpicionem volitare poſſe: Ac ita cognomine Parvum te Compellatum, quòd cùm Johannes Gothus, Antagoniſta perſonati nebulonis illius, cui & orationẽ, non Gaddio expenſam refert, Magni gauderet agnomine, ex pervetuſta & nobili Stororum: id eſt, Magnorum familia, undè ille prognatus, jure derivato & uſurpato; Tu Parvus contra Magnum, velut David contra Goliath, aut certè Davus contra Adipum decertando, herbam, nempè urticam & ſpinam reportares: Quamobrem non tam obeſæ naris Sueones velim arbitreris, licet ipſos nullâ liberali doctrinâ excultos, hîc tenebrio ſtolidè affirmet,

quin his atque aliis rationibus probè dudum informati, longè majoris authoritatis, æquales tamen odij tecùm in Sueticam nationem, in Regno Daniæ virum, calūmniosę hujus dictionis architectum exstitisse probè intelligūt; Quam velut fetialem, triennio, antequàm bellum illud septenale inter Ericum & Fredericum (cui etiàm libellus est dedicatus) caperet initium, præmittendum censuit; ut si injuriis anteà frequenter irrogatis, non satis ad bellum Suecones forent stimulati, hac novâ imposturarum tubâ & velut classico secundo in arenam protruderentur: Nec dolus & opinio ardelionis hujus personati, eventu frustrata sperato, exiguo tamen patriæ suæ cum emolumento, ità ut illum fretO re-fundino sub primis demersum incunabulis præstitisset, quàm cladem & saguinis eluvionem terrâ mariq; patriæ inducendam, hujusmodi procurasset calumniatione. Ac proindè ex quo primùm tempore, sub meum ille famosus devenerit libellus obtutum, demiratus sum magoperè & frequenter, quòd non pari promtitudine & alacritate, gladios in obvia Danorum acies & calamos in hunc tenebrionem & calumaniatorem protinùs Sueces evibra-

rint mendaciſſimum: Nec aliam deprehēdi hujus ſilentij & patientiæ apud Suëones inuſitatæ cauſam, quam qui bis quinquaginta duobus annis, optimo conſcientiæ teſtimonio, & ſyncero omnium vicinarum nationum reliquarum de ſe judicio freti, ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam reſpondere non ſint dignati, potius riſûs, quàm triſtitiæ argumentum interim hinc captando, juxta popularem verſum: Conſcia mēs rectì famæ mendacia ridet: Verum enimverò me contrariæ ſemper opinionis ſectatorem præbui, quòd velut nigror ex apricatione faciei, ſic labeculam ex calumnia quomodolibet illitam, optimę etiàm mordicùs adhærere famæ & exiſtimationi, niſi quantociùs detergeretur, mihi conſtiterit pro indubitato: Sicut etiam illud non modicùm in adverſam me pertraxerit ſententiam, quòd qui tacet conſentire videatur; Et deniqùe cùm in oris agerem transmarinis & tranſalpinis, triluſtri annorum ſpatio eruditionis acquirendæ gratiâ, quod permultos non poſtremæ authoritatis viros, quibus probè fuerat perſpecta Suecorum Gothorumq; in hac re innocentia, ægro admodùm audiverim ferre animo, his calumniarum fœditiſſimis, tanto temporis

inter-

intervallo Sueciam jacere oppressam labeculis; Alios verò lectione impudentis illius scripti, eò sensim quotidiè prolabi opinionis animadverterim, ut quos charta maledica nævos, Sueonum existimationi appingeret, genuinos arbitrarentur, non rationum, quo tenebrio ille utitur pondere, quod plumâ levius, si æquâ judicij lance pensitetur, inclinati; Sed nostratium admirando potiùs silentio provocati; Qui tamen unà cum illis, me velut nationis Sueticæ atque Gothicæ hominem, multis atque gravibus adhortati sunt rationibus, ut patriæ meæ illato pede, & documentorum ad hanc calumniæ molem diruẽdam, soloq; adæquandam, necessariorum compos factus, illius me astutum accingerem demolitioni. Itaq; patriâ jam tellure postliminiò, & oportunis huic ruinæ arietibus non difficulter potitus; sicut etiàm, quà memoriâ illius cohortationis, quà etiàm novæ mihi, ubi patriæ quoque ingressus essem Penates, à viris non postremæ conditionis, sæpenumerò adhibitæ, invitatus, Cùm aliquantulùm, hisce studiorum sim liber feriis, à gravissimis Reipub. laboribus, quantùm per temporis angustiam, & ingenij tenuitatem, argumentorumq; li-

ceret copiam, uſq; eò putidas nationi meæ, à Roſefontano, maculas immeritò aſperſas, hac candoris, & ſynceritatis ſpongiâ cenſui detergendas, limites tamen modeſtiæ, quantùm patriæ graviter offenſæ permittit amor, nè ad latum quidem unguiculũ tranſiliendo: Sed ubinam Antagoniſta? quem Saxo hodiè Anabaptiſtam prodi ex impoſturarum diuturno Spinefontane umbraculo in meridiem & arenam, tecùm mihi ſiquidem colluctatio, donec larvâ progreſſu tẽporis ſubductâ, ipſemet prodatur impoſtor. Sed antequàm agoniterium ingrediar, & manus tecum cominus conſeram, velitationẽ ſex duplicem huic
1 duello præmiſſurus; Inprimis, quibus Sueones Gothiq; ſubnixi monumẽtis, certiſſima hiſtoriæ Suecanæ jecerunt funda-
2 menta: Deindè quibus tritavis nobiliſſima juxtà ac vetuſtiſſima Suecorum Gothorumq; natio prognata: Tertiò, undè
3 fortiſſima Gothorum gens egreſſa, in trãsmarinas & transalpinas irruperit, & occupaverit potentiſſimas Regiones; Quartò,
4 quis fœderis illius, olim tria hæc inter regna ſanciti prævaricator verè cenſendus:
5 Quintò & Sextò, quis legitimus Scaniæ ac Gotlãdiæ poſſeſſor, Suecinè vel Dani? Hos

ubi

ubi triarios pugnæ præmisero, telis è tua pharetra omnibus propemodum mutuatis, ipsi pugnæ classicum alacriter cantabo; Interim aurem & mentem patienter & diligenter adhibeto Spinefontane: Caveto tamen nè proprio interim mucrone jugulatus, ante velitationis colophonem in circo contentionis prolabare.

CAPUT III.

Quanquam itaq; superioribus majores nostri seculis, tàm domi quã foris, præclarissimis jugiter facinoribus, æterna dignis memoriâ fuerunt intendi perpetrandis; Nihilominus tamen non eâ gloriæ ducebantur, quâ moderni cupiditate mortales, in transmittendis heroicis suis facinoribus posteritati: Quippè suprema duntaxat facinorum suorum lineamenta, vel saxis & rupibus inarasse; vel sonoro cantionum modulamini in numeros redactarum per convivia, & symposia jactanda, contenti fuerunt, teste historico Daniæ Saxone, *Nec ignotum*: inquit: *volo, Danorum antiquiores, conspicuis fortitudinis operibus editis, gloriæ æmulatione suffusos; Romani stili imitatione,* *fol. lib. 1.*

ne,

ne, non rerum à se gestarum magnificè titulos, exquisito contextus genere, veluti poëtico quodam perstrinxisse; Verùm etiam majorum acta, patrij sermonis carminibus vulgata, linguæ suæ literis, saxis ac rupibus insculpenda curasse. Quod ipsum celeberrimus & fidelissimus Vandalicæ historæ elucubrator Crancius adfirmat de Sueonibus. *Sed & mirum poeseos studium ingente fuit, dum patriâ linguâ*
lib.1.cap.11. *Heroum præclaras res gestas ita caneret, ut pariter & oblectaret lepore audientes, simul & doceret antiquitatum præclara facinora.* Quibus etiam historiæ adminiculis tum Germani sunt usi, nec propterea modernos illorum annales aniles censendum, sic etenim loquitur Tacitus de Germanis: *Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriæ, & annalium genus est:*

Proindè Suecorum Danorumq; Chronica successivis scripturi seculis, ad hujusmodi Heroicas cantiones, & memoriæ veteris rupes, velut ad vetustatis archivum confugere cogebantur; Quod Johannes Magnus Suecorum Gothorumq; historicus

ricus, ingenuè de femetipso fatetur; & Danorum Saxo his verbis, contextum illius superiorem immediatè concommittantibus: *Quonam vestigiis, seu quibusdam antiquitatis voluminibus inhærens, tenoremq; veris translationis passibus æmulatus, metra metris reddenda curavi, quibus scribendorum series subnixa, non tàm recenter conflata, quàm antiquitus edita cognoscatur: Quia præsens opus non nugacem sermonis luculentiam, sed fidelem vetustatis noticiam pollicetur.* Nec verò cuilibet præclara heroum facinora complecti licuit; Sed illis solummodo, quorum ingenia singulari naturæ inclinatione ad poesin Sueticam propendere innotescebat: Et illorum quidē præcipui apud Sueones Norvegosq; qui olim floruerunt, in pervetusto Sueciæ & Norvegiæ Chronico, partim latinis, partim Gothicis literis contexto (in quo Spinæfontane, etsi mille naribus tuis aptares perspicilla, vix tamē unicum legitimâ exprimeres lectione verbum) tres & viginti his nominibus recensentur: Otter/Gitiur Swarte/ Sigwater/ Thord/Jo- pag. 2.
chus

chul Borderson / Fin / Eywinder / Sckaldespilder / Jorund Sckaltmer / Thoratin Loftunga / Baulvercker / Arij Torgilson / Eynar Sckulason / Bryniolff / Thiodolfuer / Bersi / Jarl / Biarni / Gulbrand / Arnor Jarla / Guttorm / Swiuard / Sckapti / Steno Sckaptison & Thormod: Atq; horum nonnulli ordine non interpolato, numerosè multorum Regum gesta cecinerunt, veluti Eyvvinder, propatruus Stenchilli Sueonum Regis, Suecorum Gothorumq; Regum Catalogos, à suo tempore, usq; ad Frothonem primum Suecorum regem, diligenti & continuâ serie recensuit, XXV. potentissimos comprehendens Suecorum Monarchas; Atque Arij, plurimos complexus Suecorum & Norvegorum Reges, multis abhinc seculis, cujus annales, sicut etiam Eyvvinderi, Islevus Norvegiæ Episcopus, in unam redegit historiæ formam sub primordio religionis Christianæ, quā ex prisco Norvegiæ, XIX. ante annos, M. Johannes Martini Danus, pastor Slangernpensis, in Danicum translatam sermonem, typis Hafniensibus evulgavit:

Quales quidem Historiæ diversæ materiei,

teriei, partim charactere Gothico, ab antiquissimo tempore, partim Latio paucis ab hinc seculis exaratæ, quarum aliquæ primordia nationis Suecanæ, quo Johannes Magnus commemorat pacto, quos ille secutum se profitetur; Aliquæ meditullia Reipub. Suecanæ solum illustrant: Nonnullæ denique proxima tantùm gubernacula Regum Suecicorum delineant, passim hodiè apud Sueones Gothosq; non pauco numero inveniuntur: Quos si Spinefontanus, vel levi saltem contemplatus fuisset intuitu unquàm usque eò impudenter asseruisset, quoslibet Suecicorum historicos Danis probè perspectos, atq; Ericum Ubsalensem, res Sueonum Gothorumq; primò in Historiam contraxisse: ut neq; affirmasset, si rectę rationis dictamen sequi voluisset Johannem Magnum ex anilibus, Suecorũ Chronicon compegisse fabellis; Nisi etiam eodem mucrone Saxonem, quem Parvus verissimum Daniæ Chronographũ sæpius compellat, vellet jugulare, qui ex iisdem vetustatis fontibus, quibus Johannes Magnus Suecanæ (fabellis tamẽ quas sectatur Saxo posthabitis) Historiæ Danicæ produxit rivulos, velut ipsemet locis non inficiatur memoratis.

Deinde

Deinde Haraldus Huitfeldius, Regni Danici Archigrammatæus, qui post Saxonem, superioribus annis res Danorum in annales contraxit, secutus antiquos in mẽbrana codices, (velut ipse loquitur *in margine* ad historiam Dan apposita) eadem propemodum quæ Johannes Magnus, de Suecorum Gothorumq; & Danorum primordiis commemorantes, prout ex sequenti capite liquidum evadit; In multis autem Huitfeldius, ab Historia Saxonis fabulosa sibi exorbitandum censuit, si veritatis orbita non fuisset deserenda, ut ipsemet allegato Ludovici Vives testimonio protestatur: *Quod non in omnibus*: ait: *secutus sum Saxonem, spero quod benignus lector, mihi non vitio versurus; quoniam in illo solùm secutus credibilia, fabellis prorsus posthabitis, quod ipsum & alij ante me fecerunt, qui castrarunt & abbreviarunt Martialẽ, aliosq; authores*: Et postmodum in ejusdẽ operis progressu: *Sed optandùm fuisset in Saxone, ut supersediisset plurimis fabellis, ob quas Ludovicus Vives asserit, se ignorare dum illum legit, num historiam legat aut fabulam.*

in præf. fol. 7.

pag. 69.

Audiu-

Audin Spinefontane Cancellarij Danici judicium de Saxone? quē et ā Martiali omniū poëtarū fabulosissimo cōferre non veretur; Quē Ludovicus Vives Vir d… & ſſimus & prudentiſſimus legens, certò apud animū ſuū ſtatuere non potuit, an fabulā vel hiſtoriā volveret: Infelices proindè forent nimium Sueci Gothiq; si velut tute ex febrili tuo capite blateras, à nullo alio fidei multò probatioris, quàm Saxo, hiſtoriæ ſuæ monimenta & fundamenta captare poſſét. Habét profectò plurima adhuc antiquitatis teſtimonia, de origine & regno ſuo præclariſſima, quæ cū omnia rapacitate tuorū Sueonib. ſubducta arbitrarêre, quòd videris fortè illorum plurima in Archivo Daniæ, per Margaretam, Ericum Pomeranum, Chriſtopherum, Chriſtiernum I. Johannem & Chriſtiernum II. nobis, contra jus & fas, imò ſigilla, literas, & juramēta iniquiſſimè ſubducta; Ideo abſq; impoſturæ detectione, & verecundia, te Sueonibus apud ignaros hujus tuæ fraudis imponere poſſe exiſtimaveras, quod Sueci veluti gentes Barbaræ, nullis geſtarum rerum fruantur annalibus, ſed anilibus duntaxat fabellis; Dani verò operâ certiſſimo-

rum scriptorum sua facinora, velut foliis Sibyllinis transmittere posteritati: Quod quam veritati consentaneum, tuus contribulis paulò antè Huitfeldius liquido commonstravit; Qui etiam hoc modo in præfatione memorata conqueritur: *Nostri majores admodum negligentes fuerunt in annotandis fideliter rebus à se gestis:* Idem Saxo tuus: *Tam brevi factorum ejus prosecutione animadverto, quod illustrium gentis nostræ splendorem, scriptorum penuria, laudi memoriæq; subtraxerit:* Te igitur pudeat Spinefontane tuarum imposturarum, quamvis te adeò perfrictæ frontis cognoverim, ut mendacia etiam tibi decori, non vituperio esse existimes; Hæc prima tecum velitatio, quæ judicio cujuslibet candidi æstimatoris evicit, Sueonum historiam non anilibus niti figmentis, nec illam primò ab Erico Ubsaliensi in ordinem esse revocatam; Jam invercundam dispone aurem sequenti velitationi.

lib. 4. fol. 35.

CAPUT IV.

POst Eluvionem illam æcumenicam, quâ universi mortalium, pœne in quolibet

quolibet orbis climate, de vita sublati, generis humani in Scythia Araxea, circa mótes Armeniæ Sagæ sive Caspios, reparatio prima est instituta, teste Beroso Caldaicarũ rerum scriptore antiquissimo. *Necesse est igitur nos*, inquit, *ex præmissis confiteri, quòd & Caldæi & Scbytæ scribunt, siccato ab aquis orbe, non fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga, & ab his omne hominum genus seminatum in terris.* lib.2 fol.ii.
Idem quoq; paginâ sequenti, illius commentator Johannes Annius confirmat: *Igitur omnes Historici, Græci, Latini & Barbari, qui de priscis ante Ninum antiquitatibus scripserunt, unanimi consensu affirmant, in prisca Armenia Araxea cœpisse genus hominum:* quibus etiam suffragatur M. Cato in fragmento secundo. *Siquidem principatus originis, semper Scythis tribuitur, à quibus auctis, colonias per orbem missas ferunt.* Atq; cum plures fuerint Noæ nepotes, ex Magogo Japheti filio, Scytharum populus originis suæ primordia hausit secundum Josephũ: lib.1.cap.7.
Erant autem Noæ filiorum liberi, in quorum

rum honorem gentibus nomina imponebant, ut quisq; terram aliquam occupaverat: Siquidem Iapheto fuerunt septem. Horum sedes à Tauro & Amano montibus incipientes, pertinebant in Asiam, ad amnem usq; Tanaim, in Europa usq; Gades, in terris hactenus occupatæ, quo factum est ut ipsorum nomina gentibus imponerentur: quos enim nunc Græci Galatas vocant Gomarenses olim dictos, Gomar condidit; Magogus verò Magogarũ à se denominatorum fuit author, qui ab ipsis vocantur Scythæ. Idem fatetur Jacobus Bergomensis in supplemẽto Chronicorum: *Mogogus verò:* inquit; *Magogus gentes instituit, quæ à Græcis Scythæ appellatæ sunt, & à quibus Scythia & Gothia nomen habuerunt.* Nec usq; eò crudelibus & iniquis hæc gens fuit moribus Scytharũ, ut illam Spinefontanus perversè traducit, cum Bodinus in Methodo historiæ aliud longè tribuat illi encomiũ:

pag. 83. *Quid igitur ait historici omnes, innocentiam & justitiam Scytharum tantoperè laudant australium mores execrantur?*

Et

Et Claudius Ptolomæus in tabula Asiæ septima. *Scythica gens, nullis legibus obnoxia, justitiam sponte colebat* Quod verò nonnulli adfirment scriptorum, Scythas eò immanitatis descendere consuevisse, ut hospites immolaverint, carnib. humanis in cibis fuerint usi, ac pro pateris calvarias usurparint, à Spinefontano etiam contra Suecones exaggeratum, illud de coluvie quadam Scytharum intelligendum, quæ belluarum more absq; domib. & sedibus, nemora & saltus oberrabat, idq; testimonio Strabonis commentario VII. evincitur hoc modo: *Ephorus quidam in quarto historiæ volumine quod de Europa inscribitur, cum Europam usq; ad Scythas perlustrasset, in fine inquit dissimiles esse, cũ cæterorum Scytharum tum verò Sauromatarum ritus vivendi: Quosdam enim adeò sævos atq; morosos, ut humanâ carne vescantur, aliquos & à cæteris abstinere animalibus*: Et pauld infra: *Quos justiciâ præditis uti moribus asserit, esse enim aliquos Scytharum Nomades qui equarum lacte alantur, cunctos equitate superan-* folio 4.

tes, quorum poëtæ mentionem faciant: Homerus quidem de lactiphagis Abiis, id est, duri victus hominibus, mortalium justissimis, qui terram intueantur. Deinde à Scythis Suëones & Gothos, atq; etiam Danos esse prognatos, clarissimus mundi universi Historicus Hermanus Schedels Senensis in Epitome orbis adstruit.
folio 13. *Ungari, Catellani, Gothiq; universi ex Scythis emersere: Dani quoq; & Turci ex Scythia prodierunt; ea quippè natio ex Magogo Noæ nepote ortum habuit:* Prô DEum atq; hominum fidem! Ergonè, Spinefontane, Scytha es? Tu clementissimus à gente crudelissima ortus, quæ hospites imolat! Carnibus vescitur humanis! & pro pateris calvarias hominum usurpat! Quanto illud cum dedecore tuo, gentisq; tuæ conjunctum! præstaret sanè nunquam te in lucis hujus auras progenitum; Aut certè quantocius ejusdem lucis usurâ privari; En restim, vade & suspendas te Juthe, exemplo Judæ: prius tamen auscultes velim paulisper adhuc eundem: *Constat,* ait,
fol. 133. *eam gentem quæ pro Getica, dicta est Gothica, à Scythis Originem habuisse; Scythas*

thas verò primos esse in Europa sub septentrione, & ad Tanais limitem, paratissimos ad mortem; Et superiores sedibus Ostrogothos, VVestrogothos inferiores, hos ab oriente, ab occidente illos plagâ, in quã versi habitarent, fuisse in patriã appellatos: Ac aliquot retrò pagellis: *Secundus filius Iapheti Magogus; à quo Scythæ, & à quibus Svecia & Gothia nomen habent:* Verum exactissimè verissimeq; celeberrimus juxta ac antiquissimus Historiographus, Petrus Trecensis, in Rudimento Novitiorum, Scythiæ populos, situm atq; dignitatem manifestat, teq; apertissimè arguit mendacij; Sycophantamq; convincit hac ratione. *Schythia regio est maxima, cuius pars interior est in Asia, inferior vero est in Europa; Et hæc inferior à Meothidis paludibus incipiens inter Danubium & Oceanum septentrionalem usq; ad Germaniam protensa, ut dicit Isiderus Lib. XV. Hujus prima pars est Alania, deinde Meothidis paludes, deniq; Gothia & Dacia:* Quod etiam peculiari testimonio comprobat de Gothia, in illius *pag. 82.*

Pag. 83. descriptione, sequenti paginâ: *Gothia Scythiæ interioris, est provincia in Europa, quæ ut creditur à Magog filio Iaphet est vocata, ut dicit Isidorus lib. IX. unde dicit quòd veteres illas nationes, magis Getas quam Gothos nominarunt, de quorum sobole maxima pars Europæ & Asiæ creditur populata: Nam eorum soboles sunt Daci, & multæ aliæ nationes ex parte occidentis; Getuli in Africa; Amazones in Asia ex Gothorum prosapia processerunt, ut dicit idem lib. IX. & XIV. Est autem usq; hodiè regio latissima, ab Aquilone habens Norvegiam & Daciam, in aliis ejus lateribus mari Oceano circumdatur; Huic regioni adjacet insula quædam nomine Gotlandia, à Gothorum terra dicta, quia à Gothis fuit antiquitus habitata.* I nunc Spinefontane, & pro insigni tua impudentia, assere Gothos non esse Scythas, neq; Gothiam Scythiam, inficiare jam Danos non esse Scythas, ac Daniam non esse Scythiam, & proindè teipsum Scytham, spuriumne an legitimum mihi necdum constitit; Adeo

namq;

namq; te chronographus iste falsitatis coarguit, ut omninò mihi persuadeam, illum singulari præscientiæ dono, jam suo tempore prospexisse, multis post seculis, te insignem nasciturum sycophantam, qui hac in re apertissimam non erubesceres impugnare veritatem; Eaq; propter ad convincendam mentem tuam pervicacem & mēdacem, hæc reliquisse documenta posteritati. Sed jam arbitror te quidem non denegare Gothos esse Scythas & Getas, de Sueonibus tibi nequaquam persuadere posse; Quocirca eundem contra te denuo testem producam sic loquentem: *Suecia regio est inferioris Scythiæ in Europa, in qua tota Gothia, quæ inter Danicorum, necnon Noricorum Aquilonarium regna, maxima est regio hodie nominata, habens mare Baltium ab oriente, Oceanum Britannicum ab occidente, Noricorū prærupta & populos à septentrione, à meridiè vero Dacorum confiniis terminatur: Gens valde robusta, cujus militaris potentia, quondam ferè totius Asiæ & Europæ partem maximam multis temporib. edomavit; Quos aggredi tempore Alexan-* pag. 9.

dri Magni Græcorum audacia extimuit; Julij etiam Cæsaris invicta potentia, superatis Gallis, Alemannis, & Britannis, cum Danis & Gothis, Noricis & Aquilonaribus populis aliis, congredi formidavit: Ex illorum prosapia Amazones processerunt, ut dicit Orosius & Isidorus Lib. XIV. Verum novi, Spinefontane, te adeò pervicacis esse ingenij, ut exteris non attribuas fidem, nisi etiam ex indigenis tuis adduxero pro hac sententia confirmanda testimonium: Audi igitur eosdem manuscriptos codices in membrana, quos tuus compatriota Huitfeldius, in margine ad vitam Dan. primi Danorum Regis citat; Nec ausus verbotim suo contextui inserere, animadvertens tuas inde calumnias, in nationem Sueticã plurimas, easq; mendacissimas orbi prodendas, & Suecorum gloriæ innocentiæq; non pauca inde accessura incrementa, nonnullis tantummodò tuæ, & suæ caussæ patrocinantibus, vellicatim in primo & secundo folio ex illis authoribus adductis sententiis, quę tamen si penitius inspiciantur, causam potius tuam infirmant, quam confirmant; Enimverò paginâ primâ asserit Huitfeldius,

Danos

Danis pro majoribus suis agnoscere Suecos Gothosq; & sequenti fatetur Gothos à Magogo ortos; Ergo & Dani, teste Danico Chronographo, & quidem regni Cancellario, gaudent eodem Genearchâ, qui pater Scytharum fuit; Igitur & tu Scytha, testimonio tui conterranei, & fortè etiam consanguinei. Sed evidentiore ratione te convincit Scytham esse, illa historia in membranis, à tuis popularibus concinnata & exarata, multis ante seculis, à Huitfeldioq; citata, hoc etiam tenore per me latinitate fideliter donata:

CAPUT V.

INvenitur: ait: *in pervetustis libris, quod Noe habuerit secum in arca tres filios quos inter, post diluvium terram distribuit universam in tres portiones; unus quidem filiorum vocabatur Iaphet, cujus portio cis mare cecidit, quæ nunc Europa nominatur: Sed* Iaphet *propius Europæ non accessit, quam transmare juxta littus, ubi civitatem fundavit de nomine suo Iapham, & est fortè illa quæ hodiè Capha nuncupatur, apud Tauricam*

cam Chersonesum: Habuit verò duos filios, Gog & Magog; Gog sedem fixit in Græcia, à cujus progenie vir quidam descendit God nomine, qui Gothiam orsus est, de suo dictam nomine, quæ hoc tempore dicitur Suecia; idq; contigit tempore Saruchi, patriarchæ Abrahami proavi, ab exordio mundi, DCCCXLIX. Deindè vero illa progenies ex Gothia ad Viteslet propagata, quod hodiè appellatur Scania, Seelandia, Tolandia, Mionia, Falstria; Atq; his populis nullus dominabatur Rex. Sed magnates & judices, quousq; Gedeon populi Israelitici gubernator est constitutus, anno à creatione Mundi M. DCCIX. Quo tempore Humelus erat Rex in Gothia & Viteslet; Quando etiam inter Cimbros & Saxones Germanosq; discordia gravis oborta; Siquidem princeps quidam erat in Saxonia Juthor nomine, qui eò usq; cum magnatib. aliis Saxoniæ, varias agitavit discordias, donec cum suis aufugere compulsus in Cimbriam, quam ille australem exorsus

de

ë illis postea compellatam nomine; Atq; ita propugnaculum occupatæ regionis, fossam in circuitu prælargam duxit, Oceanó per illam in fluvios per labente mediterraneos, nominavitq; opus illud Ko-wárck/ *quod modò* Danmarck *nuncupatur; Sed cum animadverterent Iuthi profugi, se nihilominus adversariis suis non posse resistere, ad Regem Humelum occulto nuncio expedito, auxiliares copias postularunt, qui protinus ipsis filium suum Dan transmisit, & ille fuit sequester inter Saxones & Iuthos; Et hoc quidem pacto Humelus filium suum Dan regem constituit in Viteslet, à quo illæ regiones postea vocatæ* Danemarck; *Deinde promovit Dan fratrem suum Angul ad Thronum Britanniæ, de quo Anglia est cognominata; Quæ omnia contigerunt, cum Thola XVIII. annis Rex populi Israelitici extitisset.* Quid tam vellicas barbam Spinefontane, indignaris fortassis tuas à tuis detectas fraudes? Suecos à Magogo, è Scythia progenitos, non ex Suecia ut tu deliras? Danos à Suecis ortos, & proindè

cujus posteri in has oras primò pervenerunt in Gothia & Scania pedem & sedem figentes, & Gothi à Gog appellati; Quippè aliqui eorum remanserunt in Gothia; Nonnulli verò Saruchi tempore, Abrahami patriarchæ proavi huc destinati accesserunt, anno mundi MD CCC XLIX. Hic autem multis resedêre annis, absq; rege ullo, à judicibus solum gubernati: *Atqui cum Gedeon dux populi Israelitici fuisset XX. annis, filius meus Dan, Rex Selandiæ, Lolandiæ, & Falstriæ constitutus, quæ regiones Viteslet appellatæ, circa annum à mundi primordio MM DCC XL. Quo tempore Saxones Cimbriam invadentes, flammâ ferroq; regionem devastarunt, & præcipuè Australes oppugnarunt Iuthos; Quorum ditionem sibi subdere constituissent; Ideò filium meum Dan, in arte militari probè versatum, in auxiliũ sibi advocarunt; Cujus ductu & auspicio, Saxones oẽs ceciderunt, quẽ protinus sibi Regem designarunt, ex nomine ipsius regiones suas appellantes, quæ sunt, Iuthia,*

Frisia,

Frisia, Fionia, Sialandia, Scania, Hallandia Tolandia & Mlionia, aliæq; provinciæ minores: Et hoc accidit quando Thola XVIII. annis populo præfuisset Israelitico. Jam victas porrige dextras Spinefontane, & ingenuam depone confessioné de origine nationis Sueticæ, non in cucullum alicujus Monachi, sed in gremium & conspectum totius orbis, apud quem tuis maledicis involucris, Sueonum nationem, nomine suæ originis, jam LII. annis impudenter traduxisti; quam veluti originis suæ primam matricem, veneratione potius prosequi tenebaris. Atq; ut uberior tibi confusionis ansa porrigatur, in tui gratiam inducam Petrum Trecensem, à quo paululum antè mendacij convictus fueras, eadem fermè antiquitatis documenta, de origine Danorum commemorantem. *De origine Danorum sciendum, quod Dani, ut veteres testantur historiographi, tempore Saruch proavi Abrahæ, regnum quod nunc Dania dicitur, intraverunt, venientes de Gothia, qui quidem Gothi, teste Papia, de Gog filio Iaphet orti sunt. Quidam verò existimant Danos à Danaitis, id est, Græcis*

pag. 315.

Græcis venisse, quod etiam verisimile videtur, sed usquequaq; certum non est, nec ab initio dicti sunt Dani, sed tempore David regis in Hierusalem, cœperunt habere Regem dictum Dan Humblem, qui venit de Suecia, ad Sielandiam, cum esset populus iste coangustatus à quodam alio Rege, qui jam liberavit eos, & factus est eorum Rex. Et idem Trecensis circa principium voluminis: *Isidorus tamen dicit lib. IX. Daci fuerunt Gothorum sobol.s, & dictos putant Dacos, quasi Dagos de Gothorum scilicet genere procreatos.* Verùm adhuc ansam Sueonum historias calumniandi, ex hoc te captare animadverto, quod afferant paginæ Danorum inductæ, Gog filium Japheti, & non Magog illius Germanum Scythicæ gentis conditorem: Nempè ex Gogi progenie quendam God nomine ortum, Gothis nomen & origiuem primam impertivisse: Sed in hoc Spinefontane graviter hallucinantur tui Chronographi, quibus probatissimæ fidei scriptores, pauld ante ipsos citati unanimiter reluctantur, afferentes Magogum Scytharum, Gothorum & Danorum

progenitorum; imò & Huitfeldius tuus intentâ voce reclamat, asseverans paginâ memorata, Gothos Magogo patre natos: Quamobrem ut hęc controversia tollatur, & in mutuam redeant scriptores præfati concordiam, asserendum ex historia Sueonum, Gethatem sive Gogum, aut Godum, vel Gothum, Magogi filium, & non nepotem ex fratre ipsius extitisse, facileq; errorem illum in Chronicon Danorum memoratum ob linguarum & dialectus mutationem frequentem & temporum antiquitatem irrepere potuisse; Atq; Gothum sentit illum vocitatū Matthias Vestmonasteriensis in pervetusto Britānorum Chronico, de patre tamen illius dissentiens: Alias nisi huic mecum subscribas Spinefontane opinioni, contribulem tuum gravi periculo expones Huitfeldium, sicut etiam Chronicon illud rhytmicum, ad erroris suspicionem pertrahes, quod Magogi progeniem in has primum oras descendisse, & in Gothia & Scania pedem & sedem fixisse adfirmat; Quin imò sibimet contrarium erit, cum in contextu sequēti, Gothos à God nominatos, nisi mecum asseveres God filium Magogi exstitisse: Et hac quidem ratione sibi liquido constare

arbitror,

arbitror, de conditore Gothicæ gentis.

CAPUT VI.

SEd quod primum omnium Finlandiç, quod astruit Johannes Magnus, & deinde transmisso Venedico maris sinu, Suecis & Gothis imperaverit Magogus, illud tibi nullo potest modo persuaderi; Et si ille aut quispiam alius nomine ipsius testimonio scriptoris alicujus indigenæ probaverit illud, tum demum Johannem statuisse vera gentis suæ primordia, ultrò & libenter te fateri velle; Sed stolida profectò, Spinefontane hæc mihi tua videtur discertatio; Quandoquidem tam authoritate exoticorum, quam etiam Danorum, velut ad oculum commonstraverim tibi, Suecos & Gothos à Magogo ortos, in has oras boreales circa annũ mundi MDCCC XLIX. penetrasse; Et tamen dicis tùm demum vera gentis Sueticæ primordia, à Johanne assignata, si Magogum Finlandis primò Dominatum, tibi ex scriptore quopiam indigena fuerit demonstratũ, te confessurum? Quasi verò in hoc controversiæ cardo volveretur, & non potiùs in illo; Atq; hoc non foret nodum in scirpo quærere, ansamq; calumniandi per fas & nefas

captare, prout tuus, & omnium sycophantarum princeps, Momus pulcherrimæ Veneris Sandaliũ, cavillatus perhibetur: Deindè si in hac re totius diffidij foret nodus inter me & te, vel mediocri adhibitâ diligentiâ, authorem facilè illum in Suecorũ aut Gothorum bibliothecis inquirerem, quem in patria extare pro certo cognovi; At exemplar quo Gothus noster in sua Chronologia contexenda usus, in Bibliotheca Vaticana asservatur; Immò mihi à fide digno nuper intimatũ viro, quod Chronicon Suecorum Gothorumq; ducentis fermè ab hinc annis, latina impressum dictione, & eadem omnino methodo & materie serieq; ac antiquitate regiæ familiæ, quâ Johannes Magnus utitur, non tamen eodem verborum contextu, aut pari magnitudine continuatum, in Germania passim circumferatur, ideoq; si mihi copia illius nunc foret Chronici; Vt spero prope diem futuram, non difficulter te voti compotem & mendacem efficerem: Quanquã enim non multum intersit, ubinam locorũ primò regnaverit Magogus in amplissimo Suecorum Gothorumq; regno, dummodo sole meridiano clarius constet, de origine & gubernatione prima; Neq; idcircò gentis

gentis nostræ primordia minus vera sunt reputanda, si Magogus primus illic non imperavit: Etsi hoc ipsum, etiam regionũ situs absq; ullius authoritate sufficienter persuadeat; Siquidem ut testimonio optimorum constat Geographorũ, qui ex Scythia Araxæa in Gothiam & Sueciam recto velit itinere proficisci, per Finlandiæ ditiones ipsi transeundum sit, velut Magogus cum suis contendit sectatoribus; Ac idcircò antequam Gothia & Suecia illarumq; commoditates Magogo cum sectatoribus probè innotuerunt, aliquandiu in Finlandia credibile est ipsum esse commoratum, & dominatum: Utrum vero Magogus ipsemet, ut Gothus asserit, vel filius illius, aut alius quispiam posterorum, verbi gratia God, quemadmodum historia commemorat Danica, huic multitudini hominum Scythicæ, se antesignanum & ducem præbens, Protomonarcha harum regionum borealium sit assignandus, ob digladiationem authorum hactenus à me inspectorũ, in circo dubietatis relinquo, donec mihi propediem copia illius facta fuerit historiæ, quã Johannes Gothus sectatus, illiusq; simul potestas mihi data codicis, qui in Germania obvolitat. Interim nihilominus

Spinefontane, inconcussa manent, gentis nostræ primordia antiquissima, sive judicio fuerint tuo approbata fanatico, sive improbata..

Ad extremum in rebus dubiis ac perplexis, nè viri prudentes à veritatis tramite declinent, conjecturâ potius quam Cathegorica utūtur affirmatione: Quod ipsū quoq; factitavit Vir prudentissimus noster, animadvertens annales patrios, Magogo assignare expeditionem cum Coloniis in Scandinaviam, exteros autē in Cælosyriā; Enimverò non duos comminiscitur absolutè Magogos, velut Spinefōtanus impudenter eū calumniatur, sed in vestigandæ veritatis gratia sub erroris formidine asseerit se putare Magogū protomonarcham borealium, alium existere ab illo quem Nimbrothus Babyloniorum Rex, in Cælosyriam destinavit; vel certè si idem, tum postquam annis in Scandinavia pluribus regnasset, Regnaq; & Respub. constituisset, tandem ad Nimbrotum & Cælosyriam commigrasse, Exemplo Noæ & filiorum illius, qui teste Beroso, nunc in Armenia, nunc ad Ostia Tanais, postremo in Asia, Africa & Italia consederunt :

lib. 1. cap. 4 *Cum necessarium fuerit* : inquit : *Ut illi humani*

humani generis principes, tantam populi multitudinem, quæ sub septentrione in immensum creverat, in universam terram sæpius educere curaret: His igitur Spinefontane, velut evidentissimis rationibus permotus orbis universus, mendacissimum esse hunc verborum tuorum contextum dijudicabit: *Deindè ut Scythas crudelissimum hominum genus ac Gothos unam eandemq; esse gentem, atq; à Magogo utramq; descendisse, fidem lectori faciat, ex Philone, Beroso ac Iosepho* pag. 11. *prioris partis hujus novæ suæ historiæ fundamentum de rebus Gothicis extruit; Sed ità ut nolint velint, ejus servire febrili capiti cogantur, quanquam tale nihil unquam scripserint:* Nam ex antiquitatibus Iosephi fundamenti sui primum quidem ponit lapidem; Sed quo amoto, quidquid super ædificatum est, illicò in authorem mendacem corruit: Iam tertia explorabit velitatio, quid candoris & synceritatis in reliquis tua possideat Refutatio.

CAPVT VII.

NImirum undè fortissima illa clarissimaq;

simaq; Gothorum gens olim sit egressa, terrorem orbi propemodum universo, adventu suo incussit. *Hanc* enim, attestante Paulo Orosio, *Alexander vitandam enũciavit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinavit*: Atq; huic quidem quæstioni respondet Iornandes Gothus; *Ex Scandia insula quasi gentium officina, ac velut vagina nationum, cum Rege suo nominè Berich quondã Gothi memorantur egressi, qui ut primum è navibus exeuntes terras attigêre, illi loco nomẽ dederant; Hæc hodiè, ut fertur, Gothiscanzia vocatur.*

pag. 4.

Ubi autem locorum Scanzia sit inquirenda, velut digito commonstrat intento Clarissimus ille Geographus Claudius Ptholomæus: *Est in Oceani arctoo salo posita insula magna nomine Scanzia, in modum foliĳ cedri, lateribus pandus, post longum ductum concludens se; ejus ripas influit Oceanus; Hæc à fronte posita est Vistulæ fluviĳ, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanziæ, septentrionali Oceano trisulcus illabitur, Germaniam Scythiamq; disterminans; Hæc ergo habet*

ab

ab Oriente vastissimum lacũ, in orbis terra gremio, unde Vagi fluvius velut quodam ventre generatus, in Oceanum undosus evolvitur; Ab occidente namq; immenso pelago circumdatur, à septentrione quoq; innavigabili, eodemq; vastissimo concluditur Oceano, ex quo Germanicum mare efficitur, quasi quodam Brachio exeunte & sinu distento. Et præter adductas paginis superioribus à Petro Trecensi, Sueciæ, Gothiæ, ac Scythiæ descriptiones, adhuc efficacius & evidentius Ptolomæi descriptioné enucleat, M. Stephanus Prætorius in lib. de Regnis & Academiis conscripto: *Scandia sive Scandinania, sive Baltia & Basilia à nonnullis ob magnitudinem alter orbis terrarum, & officina vaginaq; gentium denominata: & comprehendit hæc Insula tria Regna, Norvegiam, Sueciam & Gothiam, aliasq; multas provincias, ut sunt Bothnia, Finmarchia, Finlandia;* Quibus proinde descriptionibus manifestissimis, vel levi rationis momento ponderatis, nemo integri judicij & cerebri homo adfirmabit, illius quoq; *Pag. 131.*

Sielandiam & Iuthiam includi amplexu; Sed in illis Gothiam, Sueciam, Norvegiã & Scaniam, solummodò ad vivum depingi sanctè asseverabit. Ac propterea cum Gothi ex Scania prodierint, velut ex vagina nationum, non possunt Dani ullo jure sibi hanc Gothorum vendicare egressionem, nisi eo solum pacto, quo Crancius ipsam Danis assignat. *Crediderim*, ait: *in emigratione Gothorum, Danos se miscuisse migrantibus, quomodo Normannis multis post seculis, ijdem se Dani in contubernium contulerunt, cum littora Franciæ primum popularentur.* Immò etiam si Daniæ Regnum, Gotlandiâ & Scaniâ ipsis adjunctis consideratione legitimâ ponderetur: Nihilominus tamen, neque exitus, neq; nomen Gothorum ipsi competet: Quandoquidem Gotlandia Iornãdis judicio, prima tantùm sedes fuerit exeuntium è Scanzia, & in terram primò descendentium Gothorum. Velut etiam id suffragio liquet Crancij. *Prima*, inquit: *Egressis sedes perhibetur fuisse Gothiscanzia, ut ajunt Insula, Ego Gotlandiã nunc vulgo appellatam eam fuisse existimo,*

mo, cujus nomen in hunc usq́ diem perse-verat! Atqui sedes Gothorum, & mansio in orbe terrarũ varia, quæ ipsis post egressionem primam ex Gothiscanza obtigit, non est patria Gothorum,& velut incunabula prima; Alias Prussia. Pomerania, Polonia, Germania, Gallia, Hispania & Italia, Græciaq́; sibi hanc prærogativã una cum Gotlandia in Gothos vindicabunt, in quibus etiam Gothi residerunt, & quidem prolixiori temporis intercapedine, quàm in Gotlandia, omnesq́; Gothiæ nominandæ, quo nihil absurdius. Taceo etiam quod cum non Danici juris illa tempestate, sed Suetici Gotlandia fuerit, & postmodum extitit usque ad Christiernum I. (qui eam per fraudem Sueticæ jurisdictioni subduxit, ut ex sequentibus manifestum evadet pagellis) etiamsi Gothi velut è prima sua patria fuissent ex Gotlandia progressi; Tamen Dani non possent sibi arrogare illam eruptionem, siquidem è Gotlandia essent egressi, velut è ditione Gothiæ, non velut portione Daniæ: Hoc etenim pacto, quæ ab Indiæ gesta sunt indigenis, priusquam Hispano subderentur, possent dici ab Hispanis perpetrata, quod absur-

absurdissimum esse quilibet sapiens dijudicaturus: Deindè ex Scania non Gothi, sed Longobardi prodierunt judice Crancio: *Nam regnum Longobardorũ, in Italia constitutum;* ait: *gloria est Danorum Scania egressorum: Gothorum autem decus subegisse Italiam, vastasse Vrbem Romam diu Regnum in Italia, diu in Gallis & Hispaniis tenuisse.*

in præfat.

CAPUT VIII.

Quamvis si jure velimus agere cum Danis, Regnum Longobardorum in Italia constitutum, non est Danorum gloria sed Gothorum seu Suecorum, etiã antiquissimis quibusdam Rhytmis in Gotlandia à Huitfeldio deprehensis, & vitæ Snionis Daniæ Regis ab illo appositis nostræ sententiæ hoc modo suffragantibus. *Ebbo & Acho insignes Heroes, postquam fame compulsi, de Scania exiverint, primò in Gotlandia nostra cum juvenibus & senibus, viris & mulieribus substiterunt; Naves autẽ quib. vehebantur erãt septuaginta, & quæ libet præsidio centum virorum munita, Vindelender se appellarunt, propter*

propter Originem Ebbonis de provincia Vindelbo; Uterq; tamen fuit Rex Gothorum. Igitur non Reges Danorum, neque Scania juris tum temporis fuit Danici, ast Gothici; Ac proinde nihil gloriæ nunc accedere Danis, sed Gothis ob Longobardorum è Scania priscis seculis egressionem & in Italia Regnum constitutum: Unde in exteris etiam regionibus, potentissimi Reges & Imperatores, quod à tam famosa bellicosa & generosa Gothorum, Longobardorumq; prosapia oriundi essent, miro verborum triumpho, non Daniæ sed Sueciæ atq; Gothiæ gratulari, & acceptum referre consueverunt; *Quos inter recensetur Clarissimus Imperator Carolus Quintus, à Levino Lemnio in præfatione secretioris philosophiæ. Quocirca,* inquit, *cum latissima Regna, longeq; exporrectos Sueciæ ac totius Gothiæ tractus à quibus totius Europæ exortam nobilitatem, seriò dictitare solet Imperator Carolus, hujus nominis Quintus, sibi id laudi ducere.* Atque ita hactenus exterorum testimonio scriptorum fretus, luculenter contra Spinefontanum comprobavi, Gothos ex Suecia

cia & Gothia, velut ex prima sua patria prodiisse, non verò ex Dania, neq; Norvegia, ex qua attestante Crancio Normani solùm emerserunt; Et quidquid Encomij in patriam Gothorum ob præclarissima illorum passim terrarum facinora redundat, id totum Sueones Gothosq; non alios meritò participare: Nunc verò pro eadem sententia firmius stabilienda, ex legibus Sueticis Gothicisq;, ultra quingentos ab hinc annos latis (quarum suffragio in omni Repub. nihil sanctius, verius & synceriùs esse consueverit) firmamentum adducturus sum validissimum. & quidem ex ipso legum Gothicarum vestibulo, quod hujusmodi est: *Ex gentilismo constat regnum Sueciæ confluxisse, ex Suedia nimirùm & Gothia: Suedia sic appellatur quidquid citra nemus, septentrionem versus continebatur; Gothia verò id omne, quod ab eodem nemore in Meridiem vergebat; Gothi porrò in Regno Sueciæ, alij dicuntur Orientales, alij Occidentales, Nec alibi in universo terrarum orbe, reperitur fixum & stabile Gothorum nomen extra, quam in regno Sueciæ; siqui-*

Digitized by Google

siquidem ab illis ad alias Orbis regiones Gothicum dimanasse nomen scriptores non obscurè attestentur. Cui fermè verbotim suffragatur Chytræus, in præfatione Chronici Herodoti & Thucididis hoc tenore: *Nusquam verò alibi in toto orbe terrarum nomen Gotlandiæ & distinctas regiones & nomina Ostgothiæ & Vestgothiæ seu Visigothiæ extare scimus, nisi in ditione amplissimi regni Suecorum: Et Iornandes, Ablabius, Dion, Procopius, Agathias, aliiq́ ex quibus rerum Gothicarum historia sumitur in hac arctoa mundi parte primam & antiquissimam sedem Gothorum collocant.* Et M. Adamus, Bremensis Ecclesiæ Canonicus, & historicus vetustissimus ab Andrea Velicjo, superintendente Cimbrico æditus, candidè quoque de Gothorum patria hoc pacto sentit. *Nos verò considerantes Gothorum populos in Sueonia regnantes, omnemq́ hanc regionem in Insulas passim dispertitam esse, prophetiam eis arbitramur posse accommodari.* Similiter Thomas Fregius in Chorographia. l.b. 1.c.26.

A Septen-

pag. 575. *A Septētrione*, inquit; *Islandia Insula est, Gronlandia, Norvegia, Suecia, quæ verè Gothia: Hæc duplex est, Orientalis, Occidentalis & Meridionalis.* Huc deniq; non parum etiam authoritatis & roboris accedit, ex antiquissimorum inscriptione Saxorum, quæ parentes & filij & posteri, in perpetuum suorum encomium, & memoriam in exoticis regionib. post egressioné suam ex Suecia & Gothia defunctorum, non sine magnis suscitarunt passim in patria impensis; Ex quibus & similibus non minima pars Chronici Suecani, ut præfati sumus, est desumpta: Nam horum unum apud Vplandos in parœcia Tæby, hac notatum conspicitur inscriptione, literis exaratâ Gothicis: *In memoriam Humelij filij sui, in Lombardia mortui, hoc Saxū Gudlicus suscitavit.* Ac aliud simile propemodum, in parœcia Belingensi, circa villam Lostadianam, contemplantur non sine admiratione pertranseuntes. *In honorem Gerderi & Vterici filiorum suorum in Græcia defunctorum, hunc lapidē Fastui erigendum curavit.* Atq; hujusmodi innumera possem hoc loco veterum suf-

fragia

Digitized by Google

fragia ex faxis & cippis producere, ſi neceſſarium huic negotio manifeſtiſſimo confirmando plura hoc loco vetuſtatis argumenta congerere arbitrarer; Unum tamen adhuc ſilentio præterire non poſſum, quod nimirũ in pervetuſto admodũ codice legum VVeſtrogothicarũ ſeverè mãdetur, nè hæreditas quæ alicui ex morte ſui conſanguinei, dũ in exteris unà cũ reliquis ſuis commilitonibus Gothis, aut Longobardis cõſtitutus eſt, obvenit, ad alios minùs propinquos defuncti conſanguineos, aut etiam ad fiſcum regium, antequã miſſis ad hæredem litteris, annuo ſpacio illius exſpectaverint adventum, aut reſponſum, devolvatur. Ex quo, reliquisq; rationum ponderibus hic allatis, non obſcurâ licet colligere conjecturâ, quàm veræ ſint hæ tuæ aſſertiones Spineſontane: Gothi ex Dania prodierunt; juſtius Danis quàm Suecis nomenclatura Gothorum competit; Gothi ex Gotlandia & Scania eruperunt; & gloria, ex heroicis facinoribus, à Gothis in exteris ditionibus perpetratis, in Suecos Gothosq; Scanzianos non redundat: Quod inſuper Crancius, aliàs non magnus noſtræ nationis, ſed Danicæ fautor & encomiaſtes. (cujus etiam Regi, hi-

storiam suam dedicavit, longo verborum complexu, encomium Sueonibus sic attribuit: *Sueticæ autem gentis egregiam laudem supra modum extulit natio Gothorum, undè vetustissimis temporibus egressa est, per Asiam diu dominata, & in Europa multis seculis, multis in provinciis regna constituens: Et quidem Sueciæ & Gothiæ præclaras res, uno contextu commemorandas censuimus, quòd sub unius principis auspiciis, à multis retrò seculis, utraq; gens degebat, unius regni limitibus inclusa.* Et idem paulò infra: *Sueciæ quidem domi, & in vicinis locis nomen prævaluit; Foris autem & in longinqua militia, Gothorum gloria, sublimioribus longè titulis inclaruit.* Sed his tecùm armis, satis jam velitatum Spinefontane, cùm illis tota cohors imposturarum tuarum, hac ex parte Sueonib. intentatarum, jam exanimis & confusa, ut arbitror, corruerit; Alias proindè jàm submitte calumniarum phalanges, quas nunc quarta evocat velitatio.

lib. 1. c. 1.

CAPUT IX.

Antequam verò tecùm, Spinefontane, de transgressione fæderis illius, quod infell-

infeliciſſimo omine, anno MCCCLXXXXVII. Calmariæ inter tria Septentrionis regna, Sueciam, Daniam, Norvegiamque, procurante Margaretâ ſolenniter contractum eſt, digladier; Operæ precium duxi inprimis me facturum, ſi cauſas nonnihil altiùs repetivero, cur Dani tantoperè inhiarint Regni Suetici ſemper poſſeſſioni? Quas perfectò nõ difficulter quilibet proprio inveſtigare poterit ſcrutinio, qui paulisper duntaxat apud animum ſuum meditatus fuerit, quâ regionis anguſtiâ, prima regni Danici coarctabatur fundatio, & quomodò pedetẽtim anguſtos regni ſui limites Dani proferebant: Principio quidẽ Sielandia cũ parvis quibusdã inſulis & Iuthia Daniæ conſtituerũt imperiũ; Deindè partẽ Holſatiæ adjecerunt, ſicut et-ã nonnullã portionẽ Scaniæ, quam poſteà totam cũ Hallandia & Bleckingia, Regno Gothiæ ſubductã, ſuis appoſuerunt ditionib. Sed quo jure, quinta velitatio abundè cõmonſtrabit: Deniq; & Norvegiã. Islãdiã & Grõlãdiã, Gotlãdiãq; velut quoq; aliquã partẽ Livoniæ, & poſtremò Dithmarſiã ſuæ jurisdictiõis & poteſtatis effecerũt, ut manifeſte liquet ex Danorũ Chronicis, & tituli Danici incremẽto; Enïverò primitus ſe Danorũ Reges, deindè Danorũ & Sclavorũ

sive Vandalorum, idq; sub Canuto, Anno salutis. M.CC. teste Hermanno Bonno in Chronico Lubecensi; Progressu autem temporis, Danorum, Vandalorum & Norvegianorum se Monarchas appellarunt, qui Regum Danicorum titulus, moderno tempore, plurimum accumulatus; Etenim hac tempestate talis circumfertur: *Christiernus Quartus Daniæ, Norvegiæ, & Gothorum Vandalorumq; Rex, Dux Holsatiæ, Stormariæ, Ditmarschiæ, ac Comes in Oldenborgh & Delmenhorst*: Verum titulo Gothorum nullo utuntur jure, cum Dani non sint Gothi, sed Gothorum duntaxat socij, aliàs omnes in exteris Gothorum commilitones, forent origine Gothi, ut ex præcedentibus manifestum est: Neq; etiam illum usurpare possunt ratione fœderis, tria hæc inter Regna initi, vel authoritatis alicujus adhuc in Sueciam & Gothiam, quæ nulla prorsus est: Siquidem ipsimet Dani sunt fæderis primi transgressores, non Sueones, velut mendacissimè illos traducit Spinefontanus, quemadmodum ex sequentibus etiam liquidò constabit; Ideoq; Sueones ab illo servitutis vinculo justè liberati; Gothorum tamen titulo Danos

lib. 2. pag. 29.

nos

nos hoc tempore eâ potissimum de causâ uti (præterquàm quod Spinefontanus illud ingenuè fateatur ipsum, inferius citãdus) quod ob unionem illam Sueciæ, Gothiæque & Daniæ, aliquam adhuc se jurisdictionem in Gothorum regna habere arbitrentur, hinc vel maximè cognoscitur, (quidquid tandẽ insulsè blaterat Spinefontanus) quod ante fœderis memorati sanctionem, nunquàm Gothorũ titulum Dani præsumserint usurpare, prout antiquissimo tempore attestantur conscripta apud Danos diplomata; Ut neq; in Stemmate regni Danici, Trium Coronarũ insignibus, quæ propria semper regni Sueciæ fuerunt, ullo unquam tempore, & hominũ memoriâ usi sunt, antequàm fœdus præfatum contraheretur: Quibus tamen eâ sunt Reges Daniæ discretione usi, ut terna Regni Sueticí Diademata in Stemmate Danico non appingerent, nisi inaugurati ad Regni Sueciæ Thronum inprimis essent; Donec Christianus tertius, nescio quâ arrogãtiâ & præsumptione, absq; ulla jurisdictione in Sueciam præviâ, primus tres Danicis insignib. adnumeraret coronas, nullo quidem prorsus jure, velut peculiari de tribus Regni Suecici diadematibus tractatu, propediem manifestè comprobabo. Atq;

Atq; quòd Dani hac ratione titulo Gothorum & Stemmate Suecorum utantur, illud nullâ ob caussam faciunt aliam, quàm ut tacitâ innuant molitione atq; machinatione, se jurisdictioné adhuc in Sueciâ & Gothiam obtinere nonnulâ; Quod etiàm Dani factitare hac ætate non erubescũt, licet in Transactione Stetinensi, omni renũciaverint, si quam haberent, jurisdictioni in Succiam atq; Gothiam.

Sed nunc ad propositum, undè paulisper digressus, revertar: nimirùm quòd eo ardore Dani, limites suarum ditionũ proferre id-entidé flagraverint, ut etiã spe, Suecorum & Gothorũ sibi regna amplissima subjiciendi, bello Suecos & Gothos molestaverint sępenumerò, in quo, ut est anceps belli alea, nunc victi, nunc victores evaserunt, teste Munstero in chronographico opere: *Atq, ità fuit cõtinua, inquit, fermè dissensio inter Suecos & Danos; Nam subindè Suecia Daniam sibi habuit subjectam; Subindè etiàm fortunæ rotâ paululùm inversâ, Dania Sueoniæ dominabatur*: Vtro auté sæpiùs Dani Martis eventu sint potiti, abundè Sueonũ historia, velut etiàm Historici Danorum quidam veraciter commonstrant, excepto Saxone, quem Spinefontanus in suo codice

pag. 1210.

famoso

famoso secutus, miram Danis victoriam attribuit; Verùm licet nulla hanc dirimeret litem historia, tamē ille belli successus, quo Dani contra Sueones superiori seculo, qui in memoria hominum adhuc existentium viget, admodùm per Dei gratiam, & Sueonum Mavortium robur, exiguus, affatim edocere posset, quâ fortunâ Dani contra Sueones Gothosq; olim pugnaverint: Atque si quandò Dani eâ fortunæ clementiâ sunt usi, ut Suecos & Gothos aliquandiu subactos, olim ante fœderis vinculum possederint, tùm sanè incredibili tyrannide illos divexarūt, prout liquet ex sequenti exemplo, à Crancij Suecia petito de Helgone Danici Regni gubernatore, post obitum fratris sui, à Sueonibus trucidati: *Nec contentus*, inquit: *Helgo, victoriâ atq; imperio in Sueciam prelato, etiàm contumeliâ gentem affecit, editâ lege, ut injuria aut vulnus in virum Suecum, non legitimâ satisfactione, sed longè infra illam pensaretur, æstimationem hominum vilificans Danorum collatione:* Undè Sueones protinùs, hujusmodi Danorū tyrannide pressi, jugū excusserūt, & cōtra Danos adeò lib. 1. c. 18.

 graves

graves invaluerunt, ut Danis subjugatis, canem præfecerint moderatorem.

Ex hujusmodi verò & similibus, indignis prorsùs facinoribus, in quibus perpetrandis ab utraq; gente enormiter delictum, adeò utrinq; exasperatis sunt animis facti populi, ut non minor antipathia intercedat, inter Suecum & Danum, quàm inter ovem & lupum, gallinam & accipitrem, anserem & vulpeculam; Proindè cùm Danos hæc simultas minimè fugiat, utpotè suo malo frequenter edocti, miror cur toties Dani attentaverint sibi Sueciam adunare? Quæ unio longè impossibilis, per multorum annorum curricula exemplis comprobata; Ideoq; voto Spinefontani nullus unquã, Deo auxiliante, respondebit eventus, ita optantis: *Ac fuit aliquando tempus, idq; favente Deo, redire potest, quandò in unam, eandemq; linguam, ac societatem utraq; gens coalescat.*

Aliam deniq; causam, quamobrẽ Dani Sueciæ imperium affectant, Jacobus Ziglerus, in delineatione Tyrannidis, quam Christiernus secundus in Suecones, præter omne demeritum exercuit, ità allegat:

Reges

Reges Danmarchiæ, sæpè alias regnum Sueciæ armis tentarunt, cupiditatem faciente ipsis, vicinâ Norvègia, *quam olim factione & armis oppreßissent; pulcherrimum fieri existimantes, si totam continentem, quam Scandiam dicunt, sub unum imperium contraxissent; Invitabant præterea eadem, quæ cæteros mortales, domi opes minime insignes; Norvegia à se exhausta; Suecia autem & Gothia integra adhuc, plenaq; argenti & æris: Ità aliena felicitas, magnum his studium injecerat, quærendi opes ex alieno.* Hujus opulentiæ in regno Suetico etiam Munsterus meminit: *Regnum Sueoniæ quod vulgò Suedia vocatur, longè superat alias regiones boreales in divitiarum copia, & humanæ sustentationis acquisitione.* pag. 1270. Quam quoq; Danici regni tenuem conditionem, Johannes Botherus in Amphitheatridio orbis hoc modo insinuat. *Id ex quo Rex Daniæ plus pecuniarum accipit, est fretum, sive porthmus, inter Chroneburgum & Helsingburgum: Quid princeps terrâ poßit, non dùm videre potui, quod alicujus mo-*

menti expeditionem susceperit; verisimile est ipsum navium magnum numerum colligere posse: Si tamen pecuniæ non desint, quibus ipsum non abundare existimo, cùm quòd suis in regnis nullæ magni pretij res nascantur, exceptis maris piscibus; Tùm quòd in iis nulla civitas mercimonio celebris sit, quæ mercimonia ad se trahere, conservareq́ possit; Nihil ergò superest quàm vectigal Freti. Atq; hæc prælibanda statui, antequàm fæderis declarationi me accingerem, quod modò facturus.

CAPVT X.

ITaq; à Margareta Daniæ & Norvegiæ Regina, Alberto Sueonum Rege, in Megapolia nato, dissidio Suecorum adjutâ, capto, Sueciæ quoq; Diadema consequitur: Quo aliquâto temporis spacio præfulgés, animadvertit Daniæ multum emolumenti accedere, ex vinculo horum trium Regnorum, quam velut Dominam voluit reliquorum, juxta illud frequenter ab ipsa usurpatum: *Suecia Danos nutriet, Norvegia vestiet*; Ideoq; partim authoritate, partim blanditiis eò pellexit Sueones, ut sempiternæ horum trium Regnorũ consentirent, sub uno

ſemper rege confæderationi, Calmariæ anno MCCCXCVI. ipſo Divæ Margaretæ feſto publicatæ, in gratiam Erici Pomerani, quem Margareta ſuum ex ſorore nepotem, hæredibus regnorum deſtituta, Sueonibus obtruſit; Atq; ut ipſis eò foret acceptior, ſciens Suecos ob S Erici memoriam, amantiſſimos eſſe hujus nomenclaturæ, cùm antea Bugislaus appellaretur, Ericum deinceps nuncupari voluit: His verò conditionibus fædus Calmarniæ percuſſum, quæ ſub aliis poſtmodùm regibus auctæ & roboratæ, ut ex ſequentibus poſteà palàm fiet pagellis

I. *Vt tria hæc regna, perpetuò ſub uno rege maneant; Vnum quodlibet tamen illorum, proprium ſuum nomen, leges, jus, privilegia, & veteres laudabilesq́ cōſuetudines retinebit; Nec ulla lex, in aliquod trium illorũ Regnorum, absq́ incolarũ conſenſu, ac voluntate introducetur:* Conditiones fæderis

II. Quodlibet regnum proprium habebit Dapiferum ſeu regis abſentis vicarium; Item Marſchalcum, Aulæ Magiſtrum, Regni & aulæ Cancellariũ; Ac in ſumma, quodlibet Regnum, officiales ſolùm indigenas.

III. Rex

*III. Rex singulis annis sua regna invi-
set, ità ut si oportunitas ullo pacto fert,
quatuor integros menses in quolibet re-
gno commoretur.*

*IV. Dùm Rex ex uno in aliud regnũ pro-
ficiscitur, semper duos è Consiliariis suis
penes se habebit, propter varios casus qui
possunt incidere.*

*V. Si aliquod illorum Regnorum bello
infestaretur, tùm reliqua duo, illi auxilio
venire tenebuntur, quodlibet juxta vires
& oportunitatem.*

*VI. Qui ad militiam uni regno in au-
xilium evocantur, illos id regnum quod
evocatos alteri suppeditat, tam diu pro-
priis suis sumptib. alere tenebitur, quoad
regni auxilio indigentis fines ipsi ingre-
diantur, quod regnum illis posteà necessa-
ria subministrare obligabitur.*

*VII. Nullum è tribus regnis bellum
movendi potestatem ullam, reliquis non
consultis, habebit.*

*VIII. Ad novi Regis electionem con-
venient Halmstadij, qui authoritate &
pruden-*

Digitized by Google

prudentiâ cæteris præstant, quadraginta ex quolibet regno, ità ut omnium numerus sit centum & viginti; Et quidquid illi concludent, ratum & irrevocabile futurum; Et si filiũ Rex mortuus reliquit, qui Regno aptus judicatur, is cæteris præferetur; Sin plures habet filios superstites, tunc in regem is assumetur, quem centum & viginti illi aptum judicaverint, non considerato quòd cæteris junior sit; Sed hoc tamen in electionibus diligenter observato, ut alternis vicibus Suecia primum habeat suffragium, Dania verò alternis, Norvegiaq; deinceps.

IX. Bona item & thesauri unius regni, in aliud non exportabuntur, sed ad propriam cujusq; regni utilitatem conservabuntur, & expendentur.

Atq; his quidem conditionibus, & obligationibus utrinq; depositis, trium Regnorum confœderatio instituta, de quã hæc loquitur ratione Chytrçus, sicut etiã Huitfeldius inferioribus pagellis: *Suecos discordes & inter se sæpe dimicantes, semper Danici Reges, ab Vbsalensi, & reliquis suæ partis* lib. 9. pag. 258.

lib. 9. pag. 258. *partis proceribus invocati & adjuti, ad obædientiam & regium Danorum imperium agnoscendum, tandẽ perpulerũt; Sicut post Ericum à regina Margareta adoptatum, cui primò post unionem Sueci jurarunt, Christopherum etiam ipsius successorem, & Christiernum I. & tandem hujus Christierni I I. patrem Iohannem, additis semper certis conditionibus, quib. inter alia disertè cavebatur, ni Rex pacta conventa servaret, licere Suecis sine ulla rebellionis nota, ipsi adversari, dominũ ac regem receperunt.*

Sed nunc considerandum venit, quomodo Margareta, Ericus, Christopherus Johannes & Christiernus II qui vigore hujus fæderis sunt Suecis posteà per ordinem dominati, his conditionibus satisfecerint, & an nullam prorsùs Sueonibus ansam, ab hac confæderatione recedendi præbuerint? Ac inprimis quidem ipsius Margaretæ fidelitatem, in his articulis aliisq; exequendis contemplemur, de qua Ericus Ubsalensis (quem Spinefontanus fide dignum, & mediocri diligentiâ Suecorum historiam conscripsisse affirmat) in vita Margaretæ hac ratione meritò cõqueritur,

Margareta in suo introitu, omnia quæcunq; voluerunt Sueci præfigere promittebat & sigillabat, litterasq; magnas & pulchras tradebat, inter cætera continẽtes, quòd castra regni Sueciæ non extraneis traderentur; Ipsa nihilominùs Dacis, Alemannis assignabat castra; officiales verò instituit & præfectos homines vilissimos & versutissimos, ut illa erat, qui erant pecuniarum gravissimi exactores, ad laniandum & exhauriendum miserũ Gothorum regnum, & pecuniam etiàm ultimam & novissimam in Daniam deferendam, ut non relinqueretur obulus super obulum in toto Suecorum regno. Ac paucis locis interpositis. *Videntes autem Consiliarij, cæteri quoq; potentes in regno, quòd omnia castra, civitates, fortalitia & munimenta Regni, essent in manib. exterorum, & considerantes quanta fuit tribulatio in regno de alienatione castrorum, accesserunt Reginam requirentes eam, quatenùs satisfaceret promissionibus, juramentis & litteris suis, quibus regnum assecuraverat, de servandis*

legibus,

legibus, privilegiis, consuetudinibus rationalibus & approbatis; Maximè quod castra & munitiones regni extraneis non traderentur; Quibus illa ità respondet; Literas quidem desuper nostras habetis, suademus quatenus illas diligenter & sollicitè conservetis; Nos autem castra nostra procurabimus conservari? His & aliis modis infinitis Suecos miseros, quos etiam verè fatuos reputabat, infideles ac insanos, quotidiè illudebat: Sic illud dulcissimum mel & labia distillantia myrrham primò, mel & favum, in fellis amaritudinem sunt conversa. Sed quod postmodùm subnectit, præter omnem in fœmina verecundiam factum esse videtur. *Vndè in perpetuum ludibrium, & opprobrium regni, monetā quandam instituit, turpitudinis sexus sui insignia præferentem.* Nec satisfacit excusatio illa, quam Huitfeldius huic facto obtendit, asserens litteram solùm esse, monetam designantem, cùm non hebetes usque eò sint Sueci, ut discrimen utriusque deprehendere

dere nõ possint; Nec adeò surdi extiterint sub regimine Margaretæ, quin ludibria hoc nomine, & irrisiones in Sueticam nationem directas, tùm ab ipsâ Regina procacissima, tùm etiam illius sectatorib. Danis, non sine confusione & gemitu, indignationeq; sæpius auscultaverint; Ideoq; velut colophonis loco addit Ericus: *Hæc Regina tantæ celebritatis extitit apud Danos, ut eam existiment Sanctam & canonizatione dignam; Apud Suecos autẽ profundißimo putatur digna inferno.* Atqui fortassis non credis, Spinefontane, Sueco chronographo, licet illum fide dignum aliàs pronunciaveris; Audi igitur Erpoldum Lindebruchium in historia Daniæ, moderno regi Danorum dedicata. *Obtestata enim super litteris & juramentis servandis, ac de fide castrensi non in exteros transferendâ, solita erat respondere: Servate vos quâ potestis diligentiâ nostras litteras, nos curabimus arces servari.* Pàg. 47. Atq; post paucas lineas, loquens de Erico Pomerano, talẽ Margaretæ facit idẽ mentionem. *Qui cùm erga omnes esset perfidus & iniquus; Suecis tamen quàm* Pag. 47.

Danis erat iniquior, aut sic à Margareta edoctus, quæ Suecis semper fuit durissima. Nihilominùs tamẽ licet tot injuriis, & tantâ ignomin â totis viginti trib. annis, quibus illa regnum potiebatur in Suecia continuò afficerentur; Non tamen huic durissimæ servituti & tyrannidi, nimium pressam & pæne oppressam subducere Suecones voluerunt cervicem, Deo hujus tyrannidis & perjurij vindictam jugiter committentes: Quam sanè oppressionem, Spinefontane, nec tu, aut tuæ nationis homines, ad annũ unicum patientibus tolerassent humeris, multò minùs tot annis; Quo jure igitur leves in transgrediendis promissis, Regiæ majestati Daniç factis, Suecones criminaris, qui viginti tribus annis, deteriori quàm mancipia sunt habiti conditione à Regina Danica?

CAPUT XI.

SUccessit Margaretæ Ericus Pomeranus in regno, & malitia, potissimùm erga Suecones persimilis, sic à Margareta edoctus, testimonio Erpoldi supra advocato; Post quod idem subnectit immediatè de Erico *Nam quo posset: Suecis obesse semper elaboravit, ideoq; ab utroq; regno deturbatus, elegit Gotlandiam Insulam, tanquàm exilij tutissimum præsi-*

præsidium, undè pyraticam in Suecos perpetuã exercuit, Danis interim parcens, à quibus etiàm recedens, & in Pomeraniam rediens, tradidit totam Gotlandiam possidẽdam & asservandam: En lector candide, quo jure possident Dani Gotlandiam, nempè à Rege profugo, cõtra jus & fas, contra ipsum juramentũ, contra pacta & conditiones fœderis ipsis traditam! Sed porrò loquentem auscultemus Erpoldum: *Adversùs hunc Ericum ferũtur multa scripta accusationum capita, quibus palàm est illum fuisse è regno justissimè profligatum, ac inter cæteras gravissimas querelas XXVII. Proditiones capitales & infames; Cumq; diu regnasset, multis adulteriis opertus, voluptatib. deditus, perjurio, rapinâ, perfidiâ, violentiâ, tyrannide ac proditione sceleratissimus, conspiratione solenni omnium procerum regni publicam libertatẽ optimo jure asserentium consternatus, sibi malè conscius fugit in Gotlandiam.* Quæ omnia tyrannidis genera Crancius, in sua Suecia clarioribus exprimit lineamentis: *Hanc crebram*, ait:

Sueci exactionem semper novorum censuum & impositionum, primum dißimulavêre, si fortè finis esset; Indè graviter tulêre regni proceres, indolentes suis visceribus alienam ali sævitiam, primum murmure, deinde apertâ indignatione, suam testati sunt impatientiam, aliquandò litteris, quandoq; etiam nuncius mißis, eâ apud regem Ericum causam egerunt: Miseraretur pauperum laborem, quos de Suecia plus aliis evisceraret, diu se per patientiam tulisse Regnum ære exhauriri, sed ubi ad sanguinem usq; emungatur, semper fore expergiscendum; Alleviaret manũ suam & onera minueret, alioquin se non videre, quibus verbis placaret insurgentem multitudinem; Sed omnia accepta surdis auribus, nec ad cor penetravêre. lib. 5. ca. 36 Verùm quòd intimo doloris sensu, lachrimisq; ubertim profusis, apud Ericum in Dania morantem adversus fœderis conditiones, inter cætera querebantur, erant immani ßima quædam facinora, à quodã Dano, officiali & castellano, similiter contra pacta confœderationis, castri Arosiensis à Rege

Rege constituto, crudelissimè perpetrata, quæ D. Ericus Ubsalensis hoc pacto exprimit. *Inter alios autem Regis officiales & exactores in Suecia, erat quidam Danus, Jesse Erickson, qui Arosiæ residens, Valles & Vestmanniam procurabat; Quamvis autem ille multam tyrannidem temerè attentabat; Singulariter tamen Vallenses innumeris injuriis affligebat, ità ut viros quinq; in fumo suspenderit, mulieres partui vicinas, in locum equorum, plaustris trahendis præposuerit, quæ propterea abortiẽtes, fœtus mortuos pepererũt; Erat quoq; clamor nedum in Vallibus, sed in toto regno, qualis aliquandò fuerat in Ægypto super primogenitis interfectis, non solùm de casibus nunc memoratis, sed de continuis oppressionibus quibus incessanter & sine misericordia, ut filij Israel in Ægypto, immitissimè gravabantur, illudebantur & torquebantur.* Et paulò antè in principio fermè Historiæ de Erico Pomerano, idem hoc pacto miserabiliter nomine suorum sympatriotarum lamentatur: *Rex verò Ericus Pomeranus, & hu-*

jus reginæ nepos, matereræ suæ morib. educatus in Dania, ac per eam de suo regimine informatus, regnum Sueciæ servituti perpetuæ sub Dacia subjicere laborabat, ad hoc dirigens motum animi sui, ut regnicolæ, ad tantam inopiam volverentur, nè esset eis aliquandò poßibile, in minimo reclamare, prout Philistæi cum filiis Israel processerunt. O belluam immanissimam & non hominem, qui oblitus humanæ conditionis, adeò crudeliter in miseros innocentes absq; ratione desæviebat! Hoc ipsum exaggerat Haraldus Huitfeldius, Danorũ Historicus: *Cùm*, inquit, *Germani & Dani officiales in Suecia multis annis incolas cruciassent, & rusticis multas injurias intulissent, neq; ullus esset, apud quem suas deponerent querelas; Siquidem Rex continuò in Dania morabatur, permittens suis officialibus regimen Suecorum: Et licet injurias paßi, multoties per suos nuncios apud regem quererentur; Attamen nulla ipsis justitia administrata est.* Quis igitur non adamantinis compactus fibris, sed humanis admi-

Tom 3. pag. 507.

admirabitur, aut certè vitio vertet Suconibus, quód hujus tyrannidis pertæ si gravissimæ, regi Erico, duce Engelberto, se opposuerint? Quod non eô tamen proposito fecerunt ut ab Erico defectionem facerent, sed ut solummodò à præfectorum tyrannide illos liberaret; Undè miratur idem Huitfeldius, cur Engelbertus pro tanto beneficio in Suecones collato, tam indignam reportaverit mercedem. *Hunc exitum, sortitus Engelbertus; & si beneficij loco reputandum, quòd Regnum Sueciæ à tanta liberavit servitute, tùm sanè malâ cumulatus mercede, præcipuè quòd illius interfector nullâ sit pœnâ plexus.* Adhuc Sucones tamen confœderationi adhærent, & expulso Erico Pomerano, cùm Dani ipsis non consultis, contra fœderis pacta, Erici nepotem ex Sorore, Christopherum Bavarum in Regem elegissent & coronassent, ad consentiendum deinde in electionem ejusdem Christopheri, & pro Rege Suecorũ acceptandum, falsis persuasionibus sese Sucones invitari permiserũt; Ignorabant siquidem Sueci eâ conditione Ericũ Daniæ sceptro resignasse, ut nepotẽ illius ex Sorore, Christopherũ in Regem

Tom. 3. pag. 570.

Suecorum, Danorum & Norvegiorũ Dani substituerent: Atq; ut Gotlandiam Sueciæ Insulam, illum paterentur possidere, quò indè velut è tutissimo præsidio, sicut loquitur suprà Erpoldus, in suos inimicos Sueones liberè pyraticam exercere posset, prout Sueones suo maximo cum detrimẽto postmodùm didicerunt: Enimverò licet Dani jure confederationis, auxilio venire Sueonibus contra Ericum, plurimis indies detrimentis ab illo affectis, tenerentur; Tamen nequaquam subvenerunt cùm cõditio fæderis quinta hac ratione loquatur: *Si aliquod illorum regnorum bello infestetur, tùm reliqua duo illi auxilio venire tenebuntur, quodlibet juxta vires & oportunitatem.* Cujus conspirationis contra Suecos, etiam conscius fuit Christopher9, ut apparet ex hoc Erici testimonio: *Hic Christopherus Regno Suecorum, multarum calamitatum occasionem induxit; Quàm citò enim ille potens factus esset in regno, ipso dissimulante & annuente, Rex Ericus partes maritimas Regni, multis latrociniis, incendiis & spoliis affligens, in magna parte patriam reddidit desolatã;*

Rex

Google

Rex autem Christopherus ista per diversas querelas intelligens, respondit Regem avunculum suum, vitæ necessariis indigere, nec vitam posse agere absq; congruis alimentis; Multis deindè instantiis & lacrymis Suecorum, per Regem Ericum continuò spoliatorum fatigatus, accessit Gotlandiam quasi vindicaturus, aut pacem procuraturus; & rogatus nè cum Rege Erico, singulari & privato colloquio conferret, invitis omnibus qui aderant ex Suecis, longum cum eo soliloquium tenebat; Et continuata Regis Erici spolia ostendebãt, qualiter in suo colloquio cõspirabant. Idipsum prorsus loquitur Huitfeldius tomo tertio Chronologiæ Danicæ de Erici & Christopheri conspiratione contra Sueones, cujus machinationis etiam Dani conscij dubio procul fuerunt, cùm, teste Erpoldo, *Ericus pyraticam in Suecos perpetuam exercuerit; Danis interim parcens, atq; in Pomeraniam rediẽs, illis Gotlandiam, Sueticæ jurisdictionis insulam totam tradiderit possidendam & asservandam;* Sicut etiam in castro Visburgensi pag. 654.

 à Sueo-

à Sueonib. cinctum Ericum arctissimâ obsidione, ab illo rogati liberarint, indeq; ad tutiora deduxerint: Quæ molitio occulta, non in alium finem instituta, quam ut Suecos ad perpetuam Dani redigerent servitutem. O miserrimam semper patriæ meæ conditionem, cujus simplicitate & candore toties Danorum abusa est astutia, in gravissimum sui detrimentum! Ubi jàm, Spinefontane, fides data in confæderatione? Ubi vigor juramentorum, sigillorum, literarumq;? Ubi conditionum memoratarũ executio? Siccine fædera servantur? Quis jàm fæderis transgressor? Quis jàm perjurus. Suecine an Dani? Quocircà cum Sueones jam L. annis sub hac confæderatione, vel potiùs persecutione, & tyrannide immanissima fuissent continuò oppressi, & tandem apertis oculis, viderent, duntaxat de suo corio ludi, serò ut Phryges, & non nisi maximo jam detrimento accepto sapientes: à fædere meritò desciverunt: inhumanissimè propterea loquitur Huitfeldius, adfirmans, Sueones non tamen à fædere illo declinare debuisse, neminemq; cui vel scintilla humanitatis, & compassionis misericordiæq; insit, Sueonib. hanc defectionem levitati, aut vitio versurum pro

certo

certo arbitror,præter Danos, qui ne afflictissimis Sueonum rebus, unquàm compatientur, nisi more Crocodili; De hoc autem Sueonum facto ità scribit Crancius: *Cùm autem Christopherus rebus excessit humanis, iterùm proceres de communi placito, tribus Regnis unum præficere Regem maturabant; Sed alia mens erat Sueonum, illis ex re visum est, à pactis discedere, ut suo rege constituto, intra Sueciam suis viverent legibus. Potuit illos commonere Erici memoria, exorta regni turbatio, nec sub Christophero emendata, cùm sub præfectis agerent, Regem non cernerent: Itaq; populi voluntate, nec procerum reluctante sententiâ, ex corpore suo regem creare annisi*: Erpoldus quidem Lindenbruchius, propter hoc unicũ solùm, quòd Dani Suecis non consultis Christopherum in Regem designaverint, in historia Danica adprobat memoratam à fœdere Sueonibus perniciosissimo, defectionem, quæ multo erit magis approbanda, propter innumeras alias rationes longè graviores; Ita a. in vita Margaretæ loquitur: *Sicq́*

lib.5.c.39.

Sicq; obtento universo regno gloriosè regnabat, pepigitq; fœdus illud solenne, quod tria Regna conjunxit, quod utinam durasset in hodiernum usq; diem: Istum erat fœdus hac lege, ut in electione Regum, alternis vicibus haberet Suecia primum suffragium, Dacia verò alternis: Et quoniam in electione Erici Regis, Dacia primum habuerat suffragium, mox in electione Christopheri Regis, etiàm primum usurpabat suffragium, eâ temeritate offensi Sueci, statim elegerunt sibi proprium regem Carolum Canuti. Audin' Spinefontane; quomodò Erpoldus tuus, arrogantiæ & temeritati Danorum, fœderis primam ascribat prævaricationem? Sed jam trium residuorum contemplemur gubernationem Regum Danorum apud Sueones:

CAPUT XII.

AC in primis Sueonum fortunam nimis in constãtem deploro, quæ subductos jam tyrannidi Danicæ, per constitutionem Regis indigenæ, solùm novennio, tali libertatis jure frui patiebatur!

tur! Enimverò Danorum occultâ molitione, Ioannes Archiepiscopus Ubsalensis, tàm gravem subditorum rebellionem contra Carolum Canuti concitavit, ut Thronum exilio commutare sit impulsus, per eundem Archipræsulem, & illius factiosam cohortem, Christierno rege clanculùm Stocholmiam advocato, regni diadema accepturo; Undè palàm omnibus esse poterit, Danorum instinctu & consilio, Archiepiscopum tàm pernicioso classicum cecinisse tumultui, quibus cum Archipræsul, arcto consanguinitatis quoq; vinculo constrictus fuerat; Sed ausculta, Spinefontane, quâ Christiernus astutiâ simplices sibi Suecorum animos devincivit, & ad pristinam pertraxit servitutem, illam Ericus Ubsalensis hoc modo indicat: *Circa festũ igitur pentecostes, nulla facta fuerat de Rege Christierno mentio, quòd in Regem Sueciæ esset assumendus, eò quòd esset Regni gravissimus hostis, & præcipuus inimicus. Et ecce subitò visus est cum magna classe navium, circa extremam rupem portus Holmensis anchoras fixisse, & stationem firmasse; Quod cùm jàm latere*

tere non posset, directis literis & nunciis ad Holmenses, dicebat se certâ & fide dignâ relatione cognovisse, quòd Rex Carolus ingentẽ de Prussia parasset exercitũ, & intenderet Regnum Sueciæ manu hostili, igne vastare & gladio, se autem in eum finem advenisse, ut tantam rabiem à Regno Sueciæ averteret: In veritate non est ovũ ovo similius, quàm hîc dolus fraudi, quâ vulpes, ut legitur in fabulis, conabatur gallinas in corte securè commorantibus veluti prȩsidiarium contra accipitrẽ, quem propediem illic affuturum denunciabat, ut magnam illarum stragem perpetraret, se intromittendum & acceptandum persuadere, quæ valvis pansis in cortem admissa, gravissima gallinis intulit detrimenta: Pari ratione Christiernus in civitatem Stocholmensem admissus Rex designatus & coronatus, cum Sueonib. processit, teste Crancio: *In Suecia interim res ad rebellionem spectabat; Indoluêre enim proceres administrationem præfecturarũ Danis permitti; promiscuũ vulgus causatur abesse Regem; rarius sibi de justicia responderi; Arbitratu præfectorũ*

In Dan. lib. 8, c. 31.

rem

rem omnem agi; Regni thesauros foras educi; Viscera regni ad libidinem patere Danorum. His verò indigenarum querelis Archiepiscopus absente Rege in Finlandia succurrere volens, immunitatem ab exactionibus novis promisit & permisit; Undè Archiepiscopus in Regis gravissimam incidit indignationem, adeò, ut Rex subverens nè Archiepiscopus eadem facilitate se throno Sueciæ deturbaret, quâ in eum se sublimaverat, captivum Archiprasulem, & multis injuriis, ac ludibriis affectum in Daniam transmiserit; De qua peccati in Carolum Regem ab Archiepiscopo commissi pœna justissima scribit Ericus. *Sic quoq; verificatum est*, inquit; *Cujus amore Deus contemnitur, ejus persecutione contemnens punietur; Quod ergò in Regem Carolum Archiepiscopus deliquit, Rex Christiernus cujus amore hæc fecerat, vitam, famam, corpus & animam, amicos consanguineos, Ecclesiam & clerum, extremo & ultimo periculo exponens, exquisitissimè premebat; Et quod deliquit in Archiepiscopum Rex Christiernus, etsi nō alius, ipse puniebat, dùm illum*

abstulit,

abstulit, qui eum conservabat in Regno, cujus industriâ, cujusq; labore multiplici regnum Suecorum adeptus est.

Quippè triplici de caussa Rex Christiernus mox diademate exutus, quarum prima, quòd meris suspicionibus innixus, Archiepiscopum captivasset; Deindè quòd nonnullos Regni proceres, similiter in vincula conjecisset, suspicans illos Caroli reductionem moliri, quorum aliquos etiàm quæstionibus & torturis crudeliter subjecit: Deniq; quòd contra prorsus litterarũ suarum tenorem, Iurisjurandi vigorem, fœderis conditiones, plurimasq; obligationes, Danis arciũ custodiam commiserit, qui, ut liquet suffragio Crancij, Sueones inhumanissimè divexarunt; Rarissimè in Regno adesset; justiciam ipsis non administraret, thesauros Regni in Daniam transmitteret; Sed vindictâ comite divinâ (sicut etiam contigit Margaretæ, Erico Pomerano & Christophero) naufragio amisit universos, eosq; preciosissimos divitiarum acervos, per iniquitatem & dolos, fraudesq; Sueonibus subductos, unde illud Crancij. *Mira Sueciæ fortuna, non patitur exportari thesauros; Si sinunt homines;*

lib. 8. c. 25.

mines, mare prohibet; si pacatum est mare, homines tumultuantur. Quibus etiàm accessit non minoris efficaciæ caussa, quòd secundũ leges Sueciæ, non esset ab omnib. Regni ordinibus, ad Regni fastigium promotus; Sed à factiosâ duntaxat procerum cohorte obtrusus, quorum fraudem & imprudentiam, vel potiùs insaniam, etiàm ipsimet Dani mox subsannabant & cavillabantur, prout Ericus testatur: *Irridentur ab eis omnes, qui putabantur in expulsionem Regis Caroli præstitisse consilium, auxilium & favorem.* Et meritò sanè, quòd immemores nuperæ servitutis & tyrannidis, à Danorum gubernatione Sueonibus irrogatæ, blanditiis adhuc Danorum se paterentur subjugari. Tentavit postmodùm Rex Christiernus partim marte infelici, partim conventuum celebrationib. & transactionibus variis recuperationem imperij Suecani. Sed frustrà, contendẽtib. legitimè Sueonibus, ut imprimis querelarũ gravaminib. à Suecis contra suam Majestatem objectis satisfaceret; Danis verò urgentibus instanter: Spoliatum primò restituẽdum, ut scilicet reus, judicis unà munus obiret, & regno potitus querelarum

nodos gladio resecaret; prout illius antecessor Christopherus, qui primarios Regni Suecici proceres Ienecopiam, velut ad comitia peragenda, convocavit, ut ipsos sibi ob tyrannidem frequentes querelas intentantes, ibi trucidaret; Verùm divina bonitas tàm scelerato successum denegavit speratum proposito; Si quidem dùm Proceres, hujus ignari machinationis, tempore Nativitatis Dominicæ confluunt Ienecopiæ, Christopherus Helsinburgi impiam efflavit animam. Ità Deus & fortuna Sueones nunquàm destituerunt auxilio ac subsidio, si mutuæ studendo concordiæ ipsi vellent, cùm Deus volentes adjuvet, probeq; sciant, multorum annorum infortunio edocti, Danorum adversus Sueones unitos, machinationes omni successu defraudari; Quod cùm minimè lateat Danos, quoties bellum Sueonibus moliuntur, toties imprimis discordiæ sementem inter Sueonum Proceres spargunt copiosam; Concordiam itaq; & fraternum amorem colite Sueones, per salutem vestram vos obtestor.

CAPUT

CAPUT XIII.

SEd hunc, Spinefontane, ipsam basim, propugnaculum, murum aheneum, & anchoram principalem tuarum imposturarũ, quâ subruta, quo diruto, quo prostrato, cujus deniq; rudente inciso, ità periclitabitur universa calumniarum tuarum machina, ut vix relinquetur lapis super lapidem, aggrediar; Nempè historiam Johannis Regis, luce meridiana clariùs ex ipsis Huitfeldij annalibus commonstrando, nõ Sueones se perjurio commaculasse, sed ipsum regem perjurij crimen incurrisse, im meritoq; illam sententiam in Sueones à Daniæ, & Norvegiæ senatoribus prolatam, evidentissimè comprobando; Tu Spinefontane autem & mentẽ impuram advorte. Defuncto Carolo Canuti Rege Sueonum, protinùs illustris & magnanimus Heros Steno Sture senior, Regis demortui ex sorore nepos, unanimi omnium ordinum consensu Gubernator Regni Suecici proclamatur, & confirmatur; Atq; cùm illo functꝰ esset munere summâ imprimis laude XI. annis, infata concessit Rex Daniæ Christiernus, cui filius Johannes

extemplo substituitur; Qui ad suas partes pertracto Jacobo Ulphonis Archiepiscopo Ubsalensi, aliisq; proceribus Regni nonnullis, regnum Sueciæ affectare exorsus; E q; hæc machinatio processit, ut ab ordinibus Regni Suecici Calmariæ rex designatus, his inter reliquas conditionibus, quas verbotim ex ipso inseram decreto.

I. Nullum alienigenam in numerum nostrorum consiliariorum admittemus; Neq; etiàm alienigenis arcium custodiam, aut ditionum administrationem committemus; Sed gubernabimus Regnum nostrum & aulas, per probatæ vitæ indigenas, non obtrudentes ipsis aliquos ignobili genere natos aut arcium & Regnorum administrationem hujusmodi hominibus confidentes.

II. Super Gotlandia, Scbordalia, Nigriflumine, Regno Sueciæ juris processum permittemus, ubi nos in Repub. Suecana pro Domino & Rege Suones acceptauerint.

III. Excommunicatio quam illustrissima Princeps Dorothæa impetravit, contra

tra Stenonem Sture,& Regni Sueciæ indigenas,suo inposterùm robore privanda.

IV. Obligamus nos ad plenam observationem & executionem litterarum nostrarum, non dantes litteras contra litteras,sicut etiàm parentis nostri, atq; debitorum ab illo in quocunq; Regno contractorum,ex reditibus Regni tempore opportuno solutionem,secundum consiliariorum consilia.

V. Non volumus nos, neq; aliis permittimus,nostro nomine, alicujus Episcopi aut prælati Electionem in Regno,aut extra, litteris vel nunciis Romam expeditis impedire.

VI. Si nos, quod Deus avertat, vel alius his in contrarium facere auderemus, aut fieri permitteremus, tùm senatores trium Regnorum,Episcopi, Prælati, Equites,Nobiles,Cives & promiscui indigenæ obligati erunt,ad resistendum nobis & illi,qui pro honore & jurejurando deposito,præmemorata servare noluerit, nihil hoc pacto contra Regiam nostram autho-

Sicq; obtento universo regno gloriosè regnabat, pepigitq; fœdus illud solenne, quod tria Regna conjunxit, quod utinam durasset in hodiernum usq; diem: Istum erat fœdus hac lege, ut in electione Regum, alternis vicibus haberet Suecia primum suffragium, Dacia verò alternis: Et quoniam in electione Erici Regis, Dacia primum habuerat suffragium, mox in electione Christopheri Regis, etiàm primum usurpabat suffragium, eâ temeritate offensi Sueci, statim elegerunt sibi proprium regem Carolum Canuti. Audin' Spinefontane; quomodò Erpoldus tuus, arrogantiæ & temeritati Danorum, fœderis primam ascribat prævaricationem? Sed jam trium residuorum contemplemur gubernationem Regum Danorum apud Suecones:

CAPUT XII.

AC in primis Sueonum fortunam nimis inconstãtem deploro, quæ subductos jam tyrannidi Danicæ, per constitutionem Regis indigenæ, solùm novennio, tali libertatis jure frui patiebatur!

tur! Enimverò Danorum occultâ molitione, Ioannes Archiepiscopus Ubsalensis, tàm gravem subditorum rebellionem contra Carolum Canuti concitavit, ut Thronum exilio commutare sit impulsus, per eundem Archipræsulem, & illius factiosam cohortem, Christierno rege clanculùm Stocholmiam advocato, regni diadema accepturo; Undè palàm omnibus esse poterit, Danorum instinctu & consilio, Archiepiscopum tàm pernicioso classicum cecinisse tumultui, quibus cum Archipræsul, arcto consanguinitatis quoq; vinculo constrictus fuerat; Sed ausculta, Spinefontane, quâ Christiernus astutiâ simplices sibi Suecorum animos devincivit, & ad pristinam pertraxit servitutem, illam Ericus Ubsalensis hoc modo indicat: *Circa festũ igitur pentecostes, nulla facta fuerat de Rege Christierno mentio, quòd in Regem Sueciæ esset assumendus, eò quòd esset Regni gravissimus hostis, & præcipuus inimicus. Et ecce subitò visus est cum magna classe navium, circa extremam rupem portus Holmensis anchoras fixisse, & stationem firmasse; Quod cùm jàm la-*

tere

tere non posset, directis literis & nunciis ad Holmenses, dicebat se certâ & fide dignâ relatione cognovisse, quòd Rex Carolus ingentē de Prussia parasset exercitū, & intenderet Regnum Sueciæ manu hostili, igne vastare & gladio, se autem in eum finem advenisse, ut tantam rabiem à Regno Sueciæ averteret: In veritate non est ovū ovo similius, quàm hîc dolus fraudi, quâ vulpes, ut legitur in fabulis, conabatur gallinas in corte securè commorantibus veluti prę sidiarium contra accipitrē, quem propediem illic affuturum denunciabat, ut magnam illarum stragem perpetraret, se intromittendum & acceptandum persuadere, quæ valvis pansis in cortem admissa, gravissima gallinis intulit detrimenta: Pari ratione Christiernus in civitatem Stocholmensem admissus Rex designatus & coronatus, cum Sueonib. processit, teste Crancio: *In Suecia interim res ad rebellionem spectabat; Indoluêre enim proceres administrationem præfecturarū Danis permitti; promiscuū vulgus causatur abesse Regem; rarius sibi de justicia responderi; Arbitratu præfectorū*

In Dan. lib. 8, c. 31.

rem

rem omnem agi; Regni thesauros foras educi; Viscera regni ad libidinem patere Danorum. His verò indigenarum querelis Archiepiscopus absente Rege in Finlandia succurrere volens, immunitatem ab exactionibus novis promisit & permisit; Undè Archiepiscopus in Regis gravissimam incidit indignationem, adeò, ut Rex subverens nè Archiepiscopus eadem facilitate se throno Sueciæ deturbaret quâ in eum se sublimaverat, captivum Archipræsulem, & multis injuriis, ac ludibriis affectum in *Daniam* transmiserit; De qua peccati in Carolum Regem ab Archiepiscopo commissi pœna justissima scribit Ericus. *Sic quoq; verificatum est*, inquit; *Cujus amore Deus contemnitur, ejus persecutione contemnens punietur; Quod ergò in Regem Carolum Archiepiscopus deliquit, Rex Christiernus cujus amore hæc fecerat, vitam, famam, corpus & animam, amicos consanguineos, Ecclesiam & clerum, extremo & ultimo periculo exponens, exquisitissimè premebat; Et quod deliquit in Archiepiscopum Rex Christiernus, etsi nō alius, ipse puniebat, dùm illum abstulit,*

abstulit, qui eum conservabat in Regno, cujus industriâ, cujusq; labore multiplici regnum Suecorum adeptus est.

Quippè triplici de caussa Rex Christiernus mox diademate exutus, quarum prima, quòd meris suspicionibus innixus, Archiepiscopum captivasset; Deindè quòd nonnullos Regni proceres, similiter in vincula conjecisset, suspicans illos Caroli reductionem moliri, quorum aliquos etiàm quæstionibus & torturis crudeliter subjecit: Deniq; quòd contra prorsus litterarũ suarum tenorem, Iurisjurandi vigorem, fœderis conditiones, plurimasq; obligationes, Danis arciũ custodiam commiserit, qui, ut liquet suffragio Crancij, Sueones inhumanissimè divexarunt; Rarissimè in Regno adesset; justiciam ipsis non administraret, thesauros Regni in Daniam transmitteret; Sed vindictâ comite divinâ (sic ut etiam contigit Margaretæ, Erico Pomerano & Christophero) naufragio amisit universos, eosq; preciosissimos divitiarum acervos, per iniquitatem & dolos, fraudesq; Sueonibus subductos, unde illud Crancij.

Lib. 8. c. 25. *Mira Sueciæ fortuna, non patitur exportari thesauros; Si sinunt homines;*

mines, mare prohibet; si pacatum est mare, homines tumultuantur. Quibus etiàm accessit non minoris efficaciæ caussa, quòd secundũ leges Sueciæ, non esset ab omnib. Regni ordinibus, ad Regni fastigium promotus; Sed à factiosâ duntaxat procerum cohorte obtrusus, quorum fraudem & imprudentiam, vel potiùs insaniam, etiàm ipsimet *Dani* mox subsannabant & cavillabantur, prout Ericus testatur: *Irridentur ab eis omnes, qui putabantur in expulsionem Regis Caroli præstitisse consilium, auxilium & favorem.* Et meritò sanè, quòd immemores nuperæ servitutis & tyrannidis, à Danorum gubernatione Sueonibus irrogatæ, blanditiis adhuc *Danorum* se paterentur subjugari. Tentavit postmodùm Rex Christiernus partim marte infelici, partim conventuum celebrationib. & transactionibus variis recuperationem imperij Suecani, Sed frustrà, contendētib. legitimè Sueonibus, ut imprimis querelarũ gravaminib. à Suecis contra suam Majestatem objectis satisfaceret; *Danis* verò urgentibus instanter: Spoliatum primò restituēdum, ut scilicet reus, judicis unà munus obiret, & regno potitus querelarum

nodos gladio resecaret; prout illius antecessor Christopherus, qui primarios Regni Suecici proceres Ienecopiam, velut ad comitia peragenda, convocavit, ut ipsos sibi ob tyrannidem frequentes querelas intentantes, ibi trucidaret; Verùm divina bonitas tàm scelerato successum denegavit speratum proposito; Siquidem dùm Proceres, hujus ignari machinationis, tempore Nativitatis Dominicæ confluunt Ienecopiæ. Christopherus Helsinburgi impiam efflavit animam. Ità Deus & fortuna Sueones nunquàm destituerunt auxilio ac subsidio, si mutuæ studendo concordiæ ipsi vellent, cùm Deus volentes adjuvet, probeq; sciant, multorum annorum infortunio edocti, Danorum adversus Sueones unitos, machinationes omni successu defraudari; Quod cùm minimè lateat Danos, quoties bellum Sueonibus moliuntur, toties imprimis discordiæ sementem inter Sueonum Proceres spargunt copiosam:

Concordiam itaq; & fraternum amorem colite Sueones, per salutem vestram vos obtestor.

CAPVT

CAPUT XIII.

SEd àunc, Spinefontane, ipsam basim, propugnaculum, murum aheneum, & anchoram principalem tuarum impostu-rarũ, quâ subruta, quo diruto, quo prostrato, cujus deniq; rudente inciso, ità periclitabitur universa calumniarum tuarum machina, ut vix relinquetur lapis super lapidem, aggrediar; Nempè historiam Johannis Regis, luce meridiana clariùs ex ipsis Huitfeldij annalibus commonstrando, nõ Sueones se perjurio commaculasse, sed ipsum regem perjurij crimen incurrisse, im meritoq; illam sententiam in Sueones à Daniæ, & Norvegiæ senatoribus prolatam, evidentissimè comprobando; Tu Spinefontane aurem & mentẽ impuram advorte. Defuncto Carolo Canuti Rege Sueonum, protinùs illustris & magnanimus Heros Steno Sture senior, Regis demortui ex sorore nepos, unanimi omnium ordinum consensu Gubernator Regni Suecici proclamatur, & confirmatur; Atq; cùm illo functus esset munere summâ imprimis laude XI. annis, infata concessit Rex Daniæ Christiernus, cui filius Johannes

 extem-

extemplo substituitur; Qui ad suas partes pertracto Jacobo Ulphonis Archiepiscopo Ubsalensi, aliisq; proceribus Regni nonnullis, regnum Sueciæ affectare exorsus; Eoq; hæc machinatio processit, ut ab ordinibus Regni Suecici Calmariæ rex designatus, his inter reliquas conditionibus, quas verbotim ex ipso inseram decreto.

I. Nullum alienigenam in numerum nostrorum consiliariorum admittemus; Neq; etiàm alienigenis arcium custodiam, aut ditionum administrationem committemus; Sed gubernabimus Regnum nostrum & aulas, per probatæ vitæ indigenas, non obtrudentes ipsis aliquos ignobili genere natos aut arcium & Regnorum administrationem hujusmodi hominibus confidentes.

II. Super Gotlandia, Schordalia, Nigriflumine, Regno Sueciæ juris processum permittemus, ubi nos in Repub. Suecana pro Domino & Rege Suzones acceptauerint.

III. Excommunicatio quam illustrissima Princeps Dorothæa impetravit, contra

tra Stenonem Sture, & Regni Sueciæ indigenas, suo inposterùm robore privanda.
IV. Obligamus nos ad plenam observationem & executionem litterarum nostrarum, non dantes litteras contra litteras, sicut etiàm parentis nostri, atq; debitorum ab illo in quocunq; Regno contractorum, ex reditibus Regni tempore opportuno solutionem, secundum consiliariorum consilia.
V. Non volumus nos, neq; aliis permittemus, nostro nomine, alicujus Episcopi aut prælati Electionem in Regno, aut extra, litteris vel nunciis Romam expeditis impedire.
VI. Si nos, quod Deus avertat, vel alius his in contrarium facere auderemus, aut fieri permitteremus, tùm senatores trium Regnorum, Episcopi, Prælati, Equites, Nobiles, Cives & promiscui indigenæ obligati erunt, ad resistendum nobis & illi, qui pro honore & jurejurando deposito, præmemorata servare noluerit, nihil hoc pacto contra Regiam nostram autho-

ritatem. Rempub. vel alios ullo modo delinquentes.

His autem articulis Rex Johannes, Regina Dorothea & frater Regis subscripserunt & subsignarunt, ut indicio sunt cuilibet ipsæ decreti litteræ, quas Huitfeldius suæ Chronologiæ integras inserere noluit; Sed tantum ex illis, quæ sibi allibuerunt, quòd caussam Johannis Regis per illarum integrum tenorem eversum iri funditus animadverteret; Unde non obscurè videre licet, quâ fidelitate ille, aliiq; Danorum Historici, res Sueonũ in lucem evulgent, Sueonum quidem obligationes & promissiones studiosissimè adnotantes, & exaggerantes; suorum verò diligentissimè occultant, præsertim quas suæ caussæ minùs patrocinari prospiciunt; Aut hujusmodi indè compendium consuunt, cujusmodi nullum suæ caussæ dispendium adportet, prout Huitfeldius in toto Historiæ Johannis facit contextu; Potissimum quo agit loco, de coronatione Regis Johannis in Suecia, illic nostrorum paginas ad latum & longum inducit obligatorias; Sed Regis ne unicam quidem allegandam censuit: Quod alienissimum deberet esse à Chronographo fideli; Verùm nunc ad intermissum

missam narrationis seriem revertamur Spinefontanę. Hac solenni Regis Iohannis designatione Calmarniæ peracta, ad coronationis fest-vitatem mox properatum fuisset, nisi Suecones inprimis Gotlandiæ resignationem, debitorum à parente factorum persolutionem præmittenda voluissent; Quorum justissimo voto satisfacere tergiversans dolose Johannes, effecit, ut quadriennij spacio integro, coronatio regia sit suspensa, frustrà aliquot super his, aliisq; negociis conventibus utrinque celebratis: Huic etiàm moræ non minimam præbuit caussam illa cônfæderatio Johannis, eodem anno cum Sueonum hoste capitali Moscho inita, à conditionibus fœderis Sueonibus exclusis: In qua aliquas Sueticæ jurisdictionis provincias Moschouiæ conterminas Moscho clanculùm promisit, velut post constitutionem illius in throno Sueonum, legati Moschouitici coram Senatorib. Regni Holmiæ sunt ingenuè confessi. Itaq; patriæ amãtissimus Steno Sture, ejusq; sectatores generosissimi, ex hujusmodi principio, animadvertentes Johannẽ non principẽ sed prędonẽ, non Regem sed tyrannũ Reip. Suecanæ futurũ, magnis undequaq;

copiis contractis, vitam potiùs profundere, quàm pristinam patriæ servitutem inducendam permittere, firmiter constituerunt: Verùm quandò huic Steno proposito pro virili incumbit transigendo, in sinu quorundam procerum Suecicorum fraudem depræhendit, præsertim Jacobi Archiepiscopi, qui litteris suis Regem Johannem in Regnum cum exercitu invitarunt, adventanti civitates & arces panderunt, atq; consilium & auxilium contra Stenone ac patriam tulerunt: Quibus suppetiis perfidorum Sueonum quorundam, videns Steno Regem magis invalescere, nonnullâ suorum strage acceptâ, sub certis quibusdam conditionibus, unà cum præfatis Calmarniæ datis, in Johannis coronationem cõsentit; Quæ anno proindè M.C D. XCVII. Stocholmiæ solenniter peracta. Atqueni diademate Suecorũ Gothorumq; quadriennio vix potitus, antequàm octo potissimùm de causis illo legitimè spoliatus.

I Mox secundum coronationis suæ festivitatem, consensu omnium Regni Suecici ordinum, Stenoni possessiones mediocres in Finlandia, Sudermannia & VVestrogothia ad vitæ tempus usurpandas firmissime

missimo litterarum vigore adsignavit; Quarum vixdùm abindè biennio evoluto, majorem & præstantiorem partem ab illo repetivit, undè dissensionis redintegratæ primordia, affirmante Huitfeldio, profluxerunt: *Hinc dubio procul*, inquit, *illa discordia oborta est, inter Regem Iohannem & Stenonem, quæ posteà in effectum prorupit; Quo facinore, Regiâ Majestate indigno, anormiter adversus quartam deliquit conditionem Rex Iohannes.* pag. 158.

II. Danis & Germanis castellorum atq; provinciarum administrationem commisit, contra fœderis pacta, articulos decreti Calmarnensis & constitutiones comitiorũ Stocholmensium, super hoc negocio celebratorum secundum illius coronationem, directè procedens; A quo crimine nè ipsemet Spinefontanus Regem excusat Johannem, ut patet ex sequenti contextu. *Id solùm Stenonem, ac quosdam procéres Regni Sueciæ malè habuit, quòd Danos, quorum aliquandiu fidem domi militiæq; expertus fuerat, arcibus Regni Sueciæ, seu feudalibus bonis, indigenis, qui eas anteà tenuerunt, in ordinem redactis, præfece-* fol. 45.

rat; Atq; commoda Regni, quæ percipere nobiles indigenæ soliti essent, in suos transtulerat, contra decretum commune Regnorum, quod post tempora Reginæ Margaretæ renovatum fuit Calmarniæ: Quâ in re fortaßis, aliquantulùm etiàm ab eo erratum est, quemadmodùm in vita Regis Erici VIII. qui per adoptionem Margaretæ Reginæ, regnum consecutus est, Christopheri Regis cognomento Bavari, & Christierni I. demonstratum est: Quis enim hominum est, qui sibi è faucibus bolum ab aliis eripi patienter ferat? Quanquàm pertulissent primum quidem hoc Regis factum Sueci, si moderatius suâ potestate præfecti Regis in initio usi essent: Sed cùm durius illi, quàm pro more Regni plebem tractarent, idq; summo studio agerent, ut, quo jure, quave injuriâ, aurum atq; argentum incolis emungentes, quàm primùm oppletis sacculis, immensas corraderet opes, factum est, quòd indices de eorum sævitia atq; avaritia graviores nascerentur querelæ.

Sed

Sed amabò, Parve, manifestiùs contra Regem Johannem deprome testimonium: *Solùm in hac re Iohannes à Suecis culpatus, quòd quosdam nobiles Danos, & item Germanos, Regni arcibus in Suecia, uti monstratum est, præfecerat: Id quòd certè excusationem minùs propterea meretur, quòd constet, id ab eo, contra solenne fœdus trium borealium Regnorum factū esse, in quo cautum erat, quòd nobilitas quæq; ejus Regni, in quo nata est, libertatibus atq; privilegiis gaudeat, nec externi indigenis, in petendis honoribus seu Regni præfecturis præferantur.* Habeo tibi gratiam, Spinefontane, quā vix, puto, Rex Johannes, si superstes foret, vel ullus Danorum alius hodiè, tibi acturus esset; Veniæ tamen locus hinc apud illos petēdus, quòd invito eruperit veritas, palinodiamq; lubens caneres, nisi Huitfeldius eidem suffragaretur sententiæ, in Historia Iohannis. *Hoc tamen manifestissimū, quòd Suecis ab officio remotis, Danis & Germanis arciū Svecicarū gubernatio fuerit cōmissa, quódq; memorati alienigenæ cū indigenis crudeliter nimiū processerint;*

Quos

pag. 176. *Quos inter fuit Iohannes Falsterus Danus Oreburgensis Castellanus, qui præter omnem culpam, nobilem quendam Sueonem Haraldum Plettinger nomine suspendi mandavit; Erant etiàm alia nonnulla, à Rege in coronatione promissa & jurejurando stabilita, non tamen exequutioni mandata, quorum Steno emendationem humiliter postulavit: Quibus à Rege præstitis, se cùm nobilitate Sueonum universa, in obedientia erga suam Majestatem usq; ad ipsam sanguinis profusionem permansurum spopondit.*

Quid jam tergiversaris? Quid submurmuras Spinefontane? fortassis quòd Huitfeldius in margine memorati contextus, velut etiam paucis antè paginis affirmet, à senatoribus Regni Súecici, potestatem Johanni Regi factam, iis, quo adluberet præfectos, arcibus constituere moderandis, quæ Regali penu essent attributæ, quas inter etiàm castrum exstitit Orebrogense? Verùm non id tuam deflectat mentem ab æquo recantationis proposito: Siquidem inprimis Johanni à Sueonib. permissum, ut partim Suecis, partim Danis, partim

partim etiam Norvegis quibuſcunq;, di-ctam arcium demandaret gubernationem; Rex autem hac poteſtate nimiùm abutẽs, Danis quibusdam ſolummodò, hominib. ex omnium ſcelerum colluvie compactis, munus regiminis in Suecones iniquè commiſit; Deindè Suecones hunc dolum Regis probè animadvertentes, & non abſq; rerum ſuarum ſummo experientes diſpendio, Regem in comitiis Stocholmenſibus inter alia ſollicitant impensè gravamina, etiàm ſuper hoc, orando, ut pro vigore articulorum Calmarnienſium, ſolis indigenis arcium tradat adminiſtrationẽ: Quod licet Rex extemplò ſanctè promitteret, nihilominùs tamen verbo nèquaquàm ſtetit, ità, ut Steno Sture, cum cæteris Regni ſenatoribus, indictis apud Vaſtenenſes univerſalibus comitiis, omnem Regi Johanni fidelitatem & obædientiam prorsùs renunciare ſit compulſus, eodem Huitfeldio conteſtante. *An. 1501.* *pag. 181.*

III. Quâ Suecones permoti cauſsâ, ad proſcribendum Regem Johannem ex regali ſolio, illa quoq; non minùs extitit gravis, quòd Rex fœdus cum hæreditario Sueconum hoſte Moſcho perenne contraxerit, illumq; in Suecones inſtigaverit, ut bello impli-

implicatis nostratibus Moschovitico, minori negocio invaderet & occuparet interim Rex Iohannes Regnum Suecorum Gothorumq;, teste Huitfeldio. *Eodem anno* pag. 109. *fœdus initum inter Regem Iohannem & Magnum Ducem Moschoviæ, ratione Norvegiæ, & limitum, ut illi persistant velut majorum tempore, & ab antiquo fuerũt; Ac ut inter utrumq; Dominum, jugis amicicia sit, alter alterius amicus, & inimici inimicus*: Cujus etiàm amicitiæ arctiori nodo firmandæ gratia, postquàm Regno potitus Rex esset Sueonum, cõtra firmissimum regij jurisjurãdi tenorem, contra articulos fœderis, & contra statuta Calmarnensia, magnam Finlandiæ portionem Moscho, revoluto secundum coronationis festivitatem in Suecia triennio, adsignavit, jure firmissimo posſidendam, velut idem Chronographus Danorũ confitetur: *Postquàm*, inquit: *hujusmodi essent litteræ publicatæ, tumultuari cœptum in Regno universo; Divulgatum etiàm quaquaversùm per Hemmingum Gadd, quòd Legatus Moschoviticus, qui proximo quadragesimæ tempore Stocholmiæ commoraba-*

morabatur, palàm in prætorio fassus esset, Regem Iohannem, Savolacensem, Egespensem & Ieschensem ditiones Finlandiæ amplissimas, Magno Duci Moschoviæ assignasse & consignasse. Unde etiàm cùm Sueones se Iohãne Rege abdicassent, bello illos Moschꝰ gravissimo impetivit, à Dano provocatus: Quid igitur mirũ, quòd Sueones, hujusmodi patriæ prædoni cervicem subduxerint? *pag. 180.*

I V. Quæ Christiernus primus, cùm rerum potiretur apud Sueones, intra & extra Regnum contraxit nomina gravissima, tenuit illius filius Iohannes persolvere, quamvis, velut ex articulis, superiori pagina introductis, abundè liquet, illorũ promiserit solutionem, vana super hac re Sueones Gothosq; spe pollicitationeq; crebrâ dolosè lactando, ac de die in diem, de anno in annum perendinando; Interim verò Sueones à creditoribus multis affecti injuriis ac detrimentis. *pag. 181.*

V. Monetæ in Regno Sueciæ Gothiæq; emendationi multùm operæ ac æris Rex Iohannes, quâ ante, quâ post suæ in Regno Suecico coronationis solennitatem se impensurũ sæpe numerò spopondit, sed nunquàm stetit promissioni. *ibidem.*

VI. Pati

VI. Pari modo Gotlandiæ, Schordaliæ & Nigrifluvij, Regno Sueciæ multoties sanctè pollicitus est restitutionem, quam nunquàm effectui mancipavit: Nam Suecones à quo primùm tempore dispendium passi sunt Gotlandiæ, jugiter illius restitutionem bonis atq; malis ursserunt verbis; Sed hactenùs ex faucibus Danorum frustrà tantum extorquere bolum sunt conati, petentibus identidem Danis, illius controversiæ dilationem, quam etiam tempore Regis Gustavi per quinquaginta annos impetrarunt.

VII. Vexilla quædam Sueonibus, à Rege Iohanne, priusquàm Suecicũ impetravit diadema, partim marte, partim arte doloq; subducta, in Suecorum Gothorumq; insigne dedecus, in temploHafniæ primario affixa, refigere abnuebat.

Ultima deniq; caussa, ob quam Johannes Rex Daniæ, Suecico est jure exutus diademate, postremo superiorum comprehenditur articulorum, in quo Rex hac se Sueonibus obstrinxit obligatione: *Si nos, quod Deus avertat, vel alius his in contrarium facere auderemus, aut fieri permitteremus, tum senatores trium regno-*

rum,

Googl

rum, Episcopi, Prælati, Equites, nobiles, cives & promiscui indigenæ obligati erunt ad resistendum nobis, vel illi, qui pro honore & jurejurando deposito, præmemorata servare noluerit, nihil hoc pacto contra regiam nostram authoritatem Rempub. vel alios ullo modo dilinquêtes.
Atqui non unum, sed omnes prævaricatus Rex Johannes articulos, nec ulla spes adfulsit emendationis, ideoq; jure Sueones ab illo desciverunt Vndè David Chytræus in suo de Sueonibus chronico, potissimam, cur Sueones à Johanne rege defecerint, caussam huic regiæ assignat obligationi, tenore sequente: *Cùm autem à Rege suspicionem de insidiis vitæ illius à Stenone structis, non deponi; Verùm quotidianis familiariũ sermonibus, tanquam facibus admotis, odium illius ardentius inflammari, Steno animadverteret; Et deliberationes de gravaminibus Regni tollendis, & pactis utrinq; servandis, ac externis præfectis, ex provinciis & arcib. Sueciæ removendis, prorsus abrumpi, ac se suorum amicos, Regni Consiliarios, pro ho-* lib. 5. p. 137. pag. 137.

G *stibus*

stibus à Rege haberi, existimaret, Steno Holmâ discedit, & proceres Regni, quibus Reipub. Suecicæ libertas, & salus curæ sit, allegato conventionis Calmarnensis articulo, per quem sub honore, & juramento suo, Regni proceres, Regi priviligia regni violanti, adversari teneantur: Vastenum convocat; ubi communicatis consiliis, literas ad Regem mittunt, quibus querelas de præfectis Danicis, contra articulos in electione juratos, ditionib. & arcibus impositis, & deliberationibus publicis, ad tollenda gravamina institutis, nudâ & inani suspicione perturbatis & abruptis, & spe emendationis omni præcisa, repetunt; Ideoq; vigore articuli Calmarnensis, sub honore & juramento suo, se teneri, ut ipsi adversentur, & obedientiam ac fidem suam in hoc casu, ipsi renuncient, & adversus præfectorum ipsius exterorũ tyrannidem, cùm jure non possunt, vi & armis se defendant. Hujus Regiæ obligationis mentionem quoq; facit Huitfeldius in Historia Regis Iohãnis, pag. XXXVIII. verùm pag. XVII. verbotim eundem ver-

borum

borum contextum inserit, perinde ac de constitutionibus Halmstadij sancitis, quæ non solùm approbatæ, & ratificatæ in comitiis Calmarnensibus, ubi memorati sunt articuli à trium Regnorum senatorib constitui; Sed etiam plurimũ, ut loquitur Huitfeldius, pag XXXVI. in gratiam Suecorum adauctæ, & sub cautione præfata utrobiq; à Sueonib acceptatæ. Audis itaq; Spinefontane, Regem Iohannem semetipsum solio privasse Sueonum, siquidem promissis etiàm tuo judicio non steterit? Audis, inquam, dubio procul, ni sordior surdo, à rege Iohanne ad illius de regali throno exturbatione obligatos esse Sueones, neq; ob id illam honoris, aut existimationis, bonorumq; jacturam subituros? Dic obsecro, quo jure, quâ veritate, quâ synceritate igitur, Sueones à Danis tuis & Norvegianis, Anno M. D. V. in comitiis Calmarnensibus contumaces, læsæ majestatis rei, honore, fide, existimatione, bonis mobilibus & immobilibus orbi sunt judicati, & Regi Iohanni diadema Suecorum adjudicatũ? Sic volo, sic jubeo, sic pro ratione voluntas. Probè respondes, Spinefontane, quandoquidem Dani tui in hoc Calmarniæ conventu fuerunt actores, iidemque judices,

& exequutores præter consuetudinem ullius legitimæ Reipub. occurris fortè, illam sententiam à Senatoribus Daniæ & Norvegiæ in Suecones latam, diplomate imperatorio, sequenti anno roboratam? Non inficior, mi Parve, sed nego Imperatorem Maximilianum legitimè informatum in negocio illo à tuis Danis: Quis enim, per Deum hominumq; fidē, tàm remotæ mentis, præter te unicum, qui sibi persuadeat, Cæsarem hujusmodi ullo modo publicare potuisse aut voluisse contra insontes diploma Suecones, si Sacræ Majestati Cæsareæ cōstitisset, eâ fuisse Regem Johannem obligatione à Sueonibus in Regem designatū & coronatum; Atq; pactis non servatis jure meritissimo repudiatum? En subruta jam basis calumniæ tuæ; En structura criminationum tuarum iniquissimarum jam ruinam traxit, imò solo adæquata, utrumq; quantociùs submitte Pari ætinæ humerū: Sed quid palato, velut Gallicâ contaminatos scabie, immurmuras? *Promiserunt Sueonum Senatores, se Calmarniæ dicto tempore, in feriis comitiorum comparituros, & caussam contra Regē acturos, idq; sigillis promissum roborarunt: Tamen*

haud

haud quaquàm pollicitationi responderunt, undè actoribus non comparentibus reus absolutus, Suconesq́; pronunciati contumaces & crimini Majestatis læsæ affines: Bellè profectò ratiocinaris, Pelle eodẽ prorsùs acumine quo vulpecularum cohors in fabulis adfirmatur, adversus anserum gregem olim usa: Nam cùm modestus anserũ grex, multifarias moveret querelas contra phalanges vulpecularum, tãdem diem vulpeculæ anseribus dixerunt, in quo gravamina sua contra ipsas liberè deponerent judicio præsidentes vulpeculas; Quâ fraude ab anseribus cognitâ, maluerunt absentes, accepta patienti animo tolerare detrimenta, quàm præsentes pluribus cumulari, mactariq; ; Ejusdem prorsùs animi Suecones fuisse velim, Spinefontane, existimes: Etenim si Neutrales, prout sibi anteà persuaserunt, judicum subsellia Calmarniæ occupassent, dubio procul tantâ caussæ suæ freti æquitate comparuissent. De qua idcircò proscriptione merito hac ratione Chytræus loquitur: *Hanc verò ἐρήμην δίκην adversus se institutam, ab iis, qui jurisdictionem in ipsos nullam habuerint, nullius momẽti & ponderis unquàm* lib. 5. pag. 164.

fuisse, Sueci postea disputarunt. Sed aliud adhuc mihi parturire videris monstrũ Parve, utinam Iunone secundâ enitaris; Nimirum, quòd Danorũ contendant Chronographi, legatos Sueonũ in comitiis Haffniensibus, anno M. D. IX. celebratis, regi Iohanni annuatim XIII. millia marcarum Holmensium addixisse, quo usq; inter illos & Regem decerneretur super regni Suecici possessione dissentio, neq; tamen ullâ vice persolvisse: Parturis heu' monstrum, nascetur ridiculus mus; Atq; ut hic Mus, velut in farina triumphet obrutus, velim paulisper mecùm non segni, aut fallaci percurras & ponderes ingenio, quòd
pag. 268. Huitfeldius in Chronico Johannis, ideò Sueones de pecunia hac Danis numeranda pactis non stetisse, quòd in illis non fuerit Hafniæ expressum, arcem Calmarnensem & Borcholmensem, cùm Ölandia Sueonibus protinùs restituendas, cùm illa consignaretur Danis pecunia; licet illam habuerint in mandatis legati Sueonum cautelam, asseveret; Eaq; propter Sueones, illo mox tempore, Suantone in Regni gubernatorem electo, Iohanni & ejus filio Christierno penitùs renunciasse, ad quẽ tyrannum, nunc reliquam velitationis converto cohortem.

CAPVT

Google

CAPUT XIV.

ATq; inprimis lubet adducere testimonium Pauli Iovij, ex libro Elogiorũ de Christierno II. quod hujusmodi est: *Quis neget te, Christierne, mortalium immanissime, nequaquàm ex merito nefariæ crudelitatis dantem pœnas, non quidẽ à fortuna quæ sæpè jocari, neq; diu consistere solet; Verùm ab ipso magno Numine, certissimo semper ultore scelerum, tamdiu carceris calamitate fuisse mulctatũ? Non enim humano partu editus in hanc lucem, sed monstruosâ terrificaq; belluâ, uti tuus sæpè fert glacialis oceanus, natus & educatus inter balænas & orcas existimari potes*: Non absimili quoq; Elogio Chytræus in continuatione Krantij regem Christiernum in adolescentia constitutum cohonestat: *Hos Norvegiæ motus*, inquit; *ut sedaret Iohannes, Christiernum filium suum, qui posteà regnavit, cum copiis eò misit, qui primum militiæ & sævitiæ suæ tirocinium in ea expeditione edidit; Cùm ejectis Suecis, gravissimè in socios* lib. 8 p.166

conspirationis animadvertit, & flore nobilitatis Noricæ magna ex parte extincto, libertatem reliquam oppressit. Sed quo obligationis robore, Christiernus, priusquam Suecorũ obtinuit diadema, se Sueonibus sanctè obstrinxit, refert Chytræus: *Rebus*, inquit, *intra urbem transactis,*
lib. 8. p. 262
præcipui ex civibus ad Regem emittuntur, quibus peramicè exceptis Christiernus, non nudis pollicitationibus tantùm, sed diris sui ipsius execrationibus & sanctißimis juramentis, conditiones à Suecis nobilibus, Christinæ relictæ Stenonis viduæ, reliquis nobilibus & civibus, in trãsactione suo nomine promissas, suisq; litteris confirmatas, omninò ratas fore pollicetur: Neq; solùm omnium injuriarum atq; offensionum oblivionem perpetuam promittit; Sed merã erga universos gratiam atq; clementiam, adeò ut conditiones illas augere & meliores reddere paratus sit. Jam verò, quid tyrannidis Rex Christiernus in Suecos Gothosq; statuerit, postquàm regali Sueonũ fastigio potitus, nè videar ipsi quicquã ego affingere, rem totam

totam pauló altius ex relatione petam Jacobi Zigleri, viri doctissimi & testis oculati, historiæ Kranciane appositâ, cujus sequens est tenor.

Deindè capita proponunt conventa pacis, Rex patrias leges inviolabiles servet, cujus libertatem infractam velit; Offensas remittat omnium, qui arma contrà susceperunt: Danus ut fidem certissimam faceret, se hac capita rata habiturum, addit longè etiàm plura, plena moderationis & clementiæ in populum Holmensem; Itaq, convenit, interponitur religio Sacramenti; Syngrapha conscribuntur, & adhibentur omnia instrumenta, quibus pacta & fœdera publicè suscepta, ad posteritatem committuntur: His artibus persuasi cives, hostem intra mœnia recipiunt, authoritatem urbis secuta est multa pars regni; Hactenùs esse legitimus Rex credebatur, & Danus in suscepta dissimulatione duravit, donec se & militem recrearet, & arcem communiret, nec diutiùs moratus, vocat ad consilium Danos, aperit eis voluntatem cædis patrandæ in cives, rationem quærit, quemadmodùm cædes facta puteiur, se ignaro & invito? Fuerunt, quibus placeret, seditionem quasi militarem excitari in urbe, sic posse censebant fortunas diripi, & necari cives, & integrum Regi dissimulare imperatum scelus: Non placuit ea sententia multis; Nam per seditionem

excitatā, liberū fieri ajebant, etiàm sivi resumere arma, quod si fieret, Danos primos futuros in desperatione salutis; Magis id placere, ut Rex publicè convivia instituat, per oēs ordines, eos verò qui authoritate & nobilitate praeirent, vocaret in arcē, ità specie benevolentiae coactos, & hospitali jure sibi securos, fieri objectos arbitrio Regis. Probavit Danus consiliū, instruit conviviū, pro regio luxu, ipse se effingit ad omnē speciem comitatis & hilaritatis; Sueci idē, & ex animo faciūt, ignari, quòd impēsas forent hospiti sanguine suo soluturi; Triduo toto excepit cōvivas eodē apparatu, jamq; aderat dies cadi destinatus, cū immittūtur satellites, & cōprehendūt convivas, conjiciuntq; in carcerē: Insequentē diē portae cōmuniuntur urbis, praesidiaq; intus per regiones disponūtur cōtra civilē vim; Tubicines autē à prima aurora, jussi edere terrificū clangorē per totā urbē, milites jussi adesse graves armis, & qui studio se efferasēt in truces vultus; Deinde hostili fremitu & armorum concussione timorē omnibus incuterēt, perdēda urbis: Videre etiā erat tormenta anea disposita totâ viâ, quae ab arce ad forū, quasi privata & publica cōtinuè dejectura, mixturaeq; ruinas cū civib. Species erat plena rerum mortalis formidinis, & oēs pendebāt dubij ad imperiū Dani; Cū regia repētè aperitur, & producuntur duo Episcopi, Vincētius Scarēsis, & Matthias Strengnensis inter medios carnifices, nō quidē quietè, ut possit meminisse, ut ait poeta, quae sit fiducia capto; Sed vellūtur, tru-

Google

dūtur & retrudūtur: Hi verò ut viros graves, & suâ dignos professione d cebat, nequaquàm gerebant vultū abjectum, sed modestū ac reverendum oris habitum; ubi ad supplicij locū ventū est, (hæc area erat ante consularem domum) Episcopi orāt sibi fieri potestatē sacerdotis, cui faciant exhomologesin, qui bis negatus; Sed abjiciuntur cæteri sic ñ. manib. in pavimentū, atq; prostrati truncantur capite, pleni sancti desiderij, offerendi animas suas Deo expetitas; post hos producūtur proceres, quicunq; pro patria se strenuè gessissent; Indè ab arce trahitur senatus Holmensis, & totus trucidatur: Proponitur posteà tabula proscriptorū, hic satellites discurrunt per urbem, & proscriptos perquirunt, qui oēs protracti fuerunt: Nam in urbe clausa remedium fugæ nullū erat, Trucidatis omnib. qui designati erant, fit impetus per militē in promiscuā plebē, quæ ad crudele spectaculum confluxerat & passim cæditur, invadūtur quoq; domus, & inermia corpora ad carnificinam attrahūtur; Cùm verò ad hunc tumultum plurima pars civiū sese in obscura loca abjecisset, & sentiret Danus, plurimùm deesse crudelitati suæ, proponit edictū è domo consulari, quo continebatur impunitas omniū, ibi infelices cives, toties quamvis decepti, se credunt mendacib. edictis, & prodeunt in publicū, in quos priore exemplo immittit satellites, & fit cædes toto die, & usq; in noctem, sequentibus etiàm diebus reliquiæ cæduntur:

Et nè nullus novo mortis genere absumeretur (hoc enim statuerat animo suo Danus, ut perfidiâ & sævitiâ superaret omnes, & qui fuissent, & qui post futuri essent) corripit quendam Johannem Magnum, quem suffixit cruci nudum membris omnibus; is diu de Cruce loquutus, suam innocentiam Deo permisit; Multa etiàm ad cives questus de statu rerum, quo Danum irritavit; Quare misit Satellites, qui virilia ejus abscinderent, quæ abscissa projecta sunt in faciem pendentis, latus posteà est transverberatum, tàm vasto vulnere, ut manibus rimaretur Cor, quod extractum & ipsum abjectum in faciem mortui: Nulla humani ingenij vena tam dives est, nulla oratio apposita satis reperiri potest, quæ hanc saltem ex omni crudelitate particulam dignè insectetur: Et paulò post. *Corpora omnium occisorum comportari jussit in forum, subjecitque oculis & satiavit ferum animum suo immani scelere: Triduo jacuerunt trunca corpora, voluntata & fœdata cruore suo horrendum in modum, post jussit per cloacarios ejici extra urbem; Cadaver Stenonis, quem pugnantem pro civibus diximus occubuisse, extraxit sepulchro, quo cadavere sub oculos reddito tantâ rabie tyrannus correptus est, ut illud morsu appetiverit, canis sepulchralis more.* Hæc ille. Cui verbotim suffragatur Danorum Historicus Huitfeldius in historia Christierni

II. aliiq;

II. aliiq; Danorum Chronographi, velut etiàm Chytræus, Jacobus Thuanus, Chronicon Lubecense & Revaliense, aliiq; innumeri propemodùm illius tempestatis Historici, non sine ingenti hanc recensent tyrannidem horrore, & trepidatione; quos inter etiàm est Johannes Boterus in Amphitheatridio orbis, ubi hoc modo loquitur. *A Dano multum damni passi sunt Sueci; obsedit enim Rex Christiernus II. Stocholmiam, Coegitq; eam ad deditionē, exercuit in indigenas inauditam crudeli tatem, implevitq; civitatem sanguine & cadaveribus. odiorū caussæ sunt, jus quod Danus sibi in Sueciam competere putat; Oportunitatem eam ad libitum divexandi, ei tribuunt situs regionis, portusq;, præcipuè Gotlandia quæ Gothiæ membrum est, ideoq; contendunt Sueci sui juris esse, actionemq; in eam habent.* Quocircà, nemo mortalium, humanis non belluinis visceribus compactus, nemo vel exiguo animi candore, mentis pietate, & conscientiæ probitate, integritateq; præditus, qui vel levi saltem obtutu hæc de confæderatione trium regnorum percurrerit, Sueonib. vitio

tio versutus, quòd tantam declinando servitutem ac tyrannidem, fæderi renunciaverint, quibus plurimùm condolet Munsterus in sua cosmographia *Onerosũ*, inquit, *fuit Regno Sueciæ, externo premi jugo, ideoq́ collum oneri tanto subducere sæpiùs attentavit.* Quandoquidem undè Sueones emolumenta, inde detriméta, unde pacẽ, inde bellum, undè promotionẽ inde persequutionem, undè Regem, indè tyrannũ, unde amicos inde inimicos, & unde vitam inde mortem consequebantur, quibus aliqua ex parte consentit Huitfeldius in vita

Pag. 144. Erici Pomerani. *Hoc fædere pax & concordia quærebantur inter regna, sed discordia potiùs & bellum indè nata; quoniam hoc bellum fuit caussa semper bellorum multorũ, cùm Christiernus I. Iohannes, & ipsius filius Christiernus I I. hinc ansam semper captaverint Sueones oppugnandi.* Eodem etiàm fine citat idem Huitfeldius tomo primo, præclarum illud di-

Pag. 339. ctumCominæi: *Omne fædus habet dulce principium, sed finem plerumq́ sortitur amarum; potest durare ad tempus, donec nobis est emoluméto, sed cùm gravamini*

incipit

incipit esse, tùm etiàm caussa exigua obvenire potest, quæ litteras & sigilla, verba & obligationes evertat; Atq; ita nobis evadit in detrimentum, undè sperabamus emolumentum. Quocircà non satis sibimet consentit Huitfeldius, nec usq; eò memor horum verborũ fuit, quandò itá loquutus loco superiùs paululùm citato. *Suecones asserunt nos primùm trãsgressos hoc fædus, eò quòd Reges Danorum ipsis alienigenas non indigenas dederint in Regno gubernatores, prout erat* Jösse Erichson / *& alij, qui ignorantes jura Suecica, immaniter & tyrannicè cum subditis processerũt; Deindè quòd Dani elegerint Reges absq; consilio & consensu Suecorum, velut factum cum Christophero, atq; ità jus Sueonũ in electione Regis, Danos sibi usurpasse. Nihilominùs tamen etiamsi ità factũ fuisset, tamen caussæ diligentiùs perpendi debuissent, quàm statim fædus adnihilare: Deus novit quòd tàm Sueones, quàm nos tæduerit Erici Pomerani. Et temporis conditio, nos eò compulit consilij: Nã rex Ericus externos dominos & proceres nobis obtrusit, quib. Regni arces & ditiones* pag. 144.

commen-

commendavit, & rusticos contra proprios dominos provocavit, ità, ut neq; locus, neq; tempus longam admiserit consultationem. Enimverò ea propter fœdus quodlibet certis initur conditionibus, ut iis ad amussim nō observatis, pacti nodus eâ facilitate enodetur, quâ priùs connodatus, ideoq; una conditionum hanc libertatem confœderatis plerumq; polliceri consuevit prout etiàm liquidò paucis ante paginis commonstravi, in renovatione fœderis Calmarniæ sub Johanne Rege constituti; Quá Suecones cautione freti, jure Regem Johannem & fœdus deserverunt, nullūq; omninò propterea Sueonum honori, existimationi, aut bonorum possessioni, tuæ struunt cavillationes, imposturæ & mēdacia Spinefontane, nocumentum apud synceros hujus controversiæ, & tyrannidis æstimatores: Tuam deniq; Huitfeldi admiror imprudentiam vel potiùs impudentiam, quòd Danos justissima de caussa ab Erico Pomerano, ipsis alienigenas obtrudēte gubernatores & plebeculam contra legitimos suos Dominos concitante, contendas desciviсse; Sueonum autem iisdem de caussis & multò gravioribus à Christophero, Christierno I. Johanne & Christierno

II. velut

II. velut abundè ex memoratis manifestum est, defectionem improbas, asserens, caussas melius perpendi debuisse; quàm protinùs vinculum fœderis disrumpendo: Atq; hinc non obscurá colligo conjecturá, eam Danos Sueonibus servitutem meditatos, quam Norvegorum cervicibus tùm quoq; intentarunt, imposueruntq; , de qua Johan. Boterus: *Norvegiæ Populi fuerunt olim valdè potentes, afflixerunt diu Angliam, divexarunt Franciam, obtinuerunt in ea dominium provinciæ, quæ adhuc dicitur* Normannia: Post paululum: *Regnum Norvegiæ turbis exagitatū pervenit ad Regem Daniæ, qui ut de illo securus sit, tractat duro incolas, spoliatq; eos faculcatibus, nec miseris hominib. spes est melioris fortunæ.* Et Jacobus Zieglerus in sua Schonlandia: *Itaq; Norvegia hoc tempore est sub potestate Danorum; Hi non legitimos modò reditus & vectigalia tolerabilia imperāt, sed omnia commoda corradentes, transferunt in Daniam, videlicet, diuturnitatem imperij constituentes in infirmitate subjectorū. Hæc*

In Amphitheatr idio.

 fortuna

fortuna est Norvegia; Neq; ipsa ædificia urbium, suam amplitudinē & dignitatem veterem tueri possunt, nec spes est status reparandi; Publici enim conventus in rem non admittuntur; Nemo ex arbitrio suo referre audet, aut opere tentare, incertus de omnium voluntate. Quandoquidem ipsemet Huitfeldius in præfatione, quam Chronologiæ præmisit Regis Iohannis, hoc ipsum de Sueonibus confiteatur. *Sueci, abitrantur hoc fœdus nobis magis proficuū & utile quàm ipsis extitisse: Nam Reges qui Regnis præesse debebant, suam fermè continuò habuerūt sedem atq; mansionem hic in Dania, gubernantes Sueciæ indigenas per Danicæ nationis & Sueticæ viros; ità tamen, ut Dani fuerint Domini, Sueci mancipia & servi, & quod hic mandabatur, secundum id sese illic dirigere tenebantur.* Quid evidentiùs à Cancellario Regni Danici pro Sueonum caussa dici potuit? Deo itaque sempiterno laus & gratia, in omnem sit æternitatem, qui Sueones eâ tempestate sub Danorum Iugo afflictissimos, illâ servitu-

te &

te & tyrannide vindicavit; cujus majestatem humiliter oramus, ut nos ab eadem imposterùm cõservare pro infinita sua clementia & bonitate non dedignetur.

CAPUT XV.

Quinta jam præ castrorum tuorum foribus te præstolatur, atq; adeò in planiciem te evocat. Spinefontane, velitatio, ex te cognitura, quo asseveres jure, Scaniam Regni Danici provinciam esse legitimam, cùm Sueones jàm tecẽtis propemodum annis, variis contenderint protestationibus, Scaniam titulo iniquissimo à Danis possideri: Quæ proindè dissensio, ut æquiorib. componatur rationibus, penitius illam tecum paulisper contemplabor. Johannes comes Holsatiæ ingentem pecuniæ summan, Christophero II. regi Danorum mutuò dedit, cui Rex Scaniam pignori interim posuit, donec æs illud mutuũ refunderet; Sed cum illa persolutio ultra biennium protraheretur, & intereà temporis Scani ab Holsatis nimiùm divexarentur, frustrà aliquoties seditione adversum Holsatos ab indigenis factâ, frustrà Christophero Rege Danorum, super redemptione & auxilio à Scanis frequẽter sollicitato, utpotè pecuniis omninò tãtis destituto, aliisq; difficultatib. gravissimis implicato,

Scani per legatos suos, deferunt se & provinciam suam Magno Regi Sueciæ, à tyrannide Holsatorum defendendam, & jure perpetuo possidendam. Hoc autem inaudiens Comes Iohannes & subverens, nè Rex Magnus illum deturbaret ex Scania, abq; pecuniarum solutione, etiàm ipse Regi Magno pro justa argenti summa offert Scaniam redimendam: Verùm huic Comitis & Scanorum petitioni, rex Magnus nullâ ratione suffragari voluit; priusquàm Regni Danici proceres (siquidem paulò Christophorus antè in fata concessit, & tũ erat interregnum) litteris suis protestarentur solenniter, cùm ipsorum facultate, & bonâ voluntate illam Scaniæ alienationem à regno fieri Danico, ac sanctè in iisdem promitterent litteris, quèmlibet Danorum Regem, priusquàm impostèrùm Daniæ consequatur diadema, jusjurandum depositurum, quòd Suecones super Scania nũquàm sit molestaturus: Sin verò secùs faciat, non auxilium ab illis adepturum, sed potius rebellionem certò certiùs exspectaturum: His cautionibus Rex Magnus securus de possessione perpetua Scaniæ apud Suecones futura redditus, L X X. millia argenti puri Marcarum, comiti Joanni, anno

M CCC-

MCCCXXXII. pro redemptione Scaniæ numeravit: Deindè sequēti octennio, cùm duraret interregni tempus post Christopheri mortem in Dania principe Valdemaro in aula Cæsaris famulante usq; ad annum MCCCXL. pacificè Rex Magnus Scaniâ potiebatur; Atq; ut eadem securitate postmodùm, illâ frueretur ditione, triennio secundum coronationem Valdemari Christopheri Daniæ regis anno MCCC XL. transactam, Varburgi præsentib. utrisusq; regni proceribus, ab ipso Valdemaro super Scaniæ jugi possessione, firmissimo diplomatum vigore Magnus Rex affecuratur: Sed non diutiùs viguit hæc affecuratio, quàm Valdemarus illius infringendæ tempus animadverteret oportunum: Siquidem octennio exindè trāsacto, cùm gravis admodùm dissentio inter Magnum Regem Sueciæ, & illius filiū Ericum suborta esset, & Valdemarus à Magno ad suppetias invitaretur ferendas, annuit; ideoq; prægrandi conscripto exercitu, perrexit in Scaniam, ubi in regionis propugnacula velut amicus intromissus, illa suis firmat præsidiariis copiis, pedetentim hoc dolo Scaniam sibi universam subjiciens; Quam fraudem in principio quanquàm Rex Ma-

gnus ægerrimo tulerit animo, adversus pactum & jusjurandum perpetratam; Tamen cum probè animadverteret sese ob multiformia, eaq; turpissima vitæ scelera, de solio regali Sueonũ propediem exturbatum iri, filio Erico præter voluntatem parentum in id sublimato, & Valdemarus rex Daniæ omnem subdolâ mente pollicereturin hac sortis adversitate amorem fraternum, consilium & auxilium; Sicut etiam matrimonium inter Magni filiũ Haquinum Regem tum Norvegiæ, & filiam Valdemari Margaretam indubitatò processurum, DanoScaniæ possessionem velut patriæ proditor liberam permisit: Deindè cùm filium proprium, regni æmulum, veneno nefariè Rex Magnus sustulisset, & Sueões partim hoc inhumanissimo permoti facinore, partim etiàm proditione Scaniæ contra Magnum jure exasperati, & filio ipsius alteri Norvegiæ Regi ob repudiatam comitis Holsatiæ filiam Elizabetam, (Margaretâ Dani filia ipsi connubio sociatâ) sub offensi utrumq; Sueonum diademate privassent, Alberto Duci Megapolensi, Magni ex sorore Euphemia Nepoti illud unanimi consensu porrigentes, tanto contra Suecones odio exarsit, ut Regi Valde-

Valdemaro etiàm diplomata super Scaniæ possessione confecta, stupidè nimis, vel nimium potius scelerate, anno M CCC LX. consignaverit

Hoc jure Dani hodiè possident Scaniam, Spinefontane, etiàm testimonio *Dacicorum* Chronographorum; quod an æquitati sit consentaneũ, cuiq; ingenuo & synçero homini Christiano examinandum & judicandum relinquo; Nam licet historiæ Danorum id duntaxat perastute inficiantur, cum Valdemari Regis consensu illam Scaniæ à Regno Danico abalienationem contigisse, ideoq; Valdemarum parentis & suum pignus à comite Iohanne ipsorũ creditore, Sueonibus, utroq; inconsultò divenditum jure meritissimo repetivisse, & titulo nunc æquissimo possidere repetitum. Illo tamen subterfugio, majori caussam suam implicant difficultate, quàm explicant; Quandoquidem hæc ratiocinatio Danos ad refundenda quoq; Sueonib. illa L X X. millia marcarum argenti puri obliget omninò, cũ nullus justiciæ calculus asseveret: *Danis* & pignus & pecuniã simul possidenda, non absq; maximo Sueonũ per ãnos fermè CCC detriméto. Sed minimè veritati conformis hic Danorũ prætextus,

cùm nemo tã hebeti possit esse ingenio, ut sibi persuadeat, Scanos priùs dominio Suecorum se subdere decrevisse, quã apud Regem Christopherum probè cognovissent, nùm ipsos à tyrannide Holsatica vindicare posset; Et quandoquidem per temporis iniquitatem ipsi non liceret, an per ipsius integrum esset voluntatem, auxiliũ & Dominũ apud Suecones investigare perpetuum? Status quoq; Reip. Danicæ suadet Regem non sibi, multò minùs subditis auxilio venire potuisse, ut fatetur ipsemet Huitfeldius: Deindè quis eò usque
pag. 392. mente captos fuisse Suecones opinari poterit, ut vel pignus alienum à creditore pro tanta pecuniarum summa redemerint, vel cũ subditis de hoc egerint negocio, prorsùs inscio & invito Domino, videlicet rege Christophero? Deniq; si Christophero inconsulto abalienata est Scania, cur filius ejus Valdemarus Regni Danici nactus habenas, mox in primordio sui regiminis illam Sueonum manib. non extorserit quod jure fecisset refusâ Sueonibus pecuniâ expositâ, potiùs, quàm tantâ vafricie illam multos tandem post annos recuperasset? Immò verò Rex Valdemarus probè sciens, cum consilio & consensu Parentis
Scaniam

Scaniam Dominio Sueonum legitimè submissam, triennio post suam ad thronũ Daniæ sublimationem, hanc Scaniæ emptionem firmissimo litterarum vigore Varbergi confirmavit, ut testatur diploma Regis Magni Chronico Huitfeldij in vita Regis Valdemari quarti insertum hoc tenore:

Anno M CCC XLIII. fœdus perpetuum inter Valdemarũ Regem Daniæ, & Magnũ Smeck constitutum, ut sequens attestatur diploma. Universis præsentes litteras visuris vel audituris, Magnus Dei gratia Rex Sueciæ, Norvegiæ & Scaniæ, salutem in Domino sempiternam. Quantis est plena periculis æmula pacis discordia, jam non solùm ex prisca colligimus serie &c. post paululum. Hinc est quòd tenore præsentium notum facimus universis, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, quòd nos, anno Domini M CCC LXIII. in octava B. Martini Episcopi, cum magnifico principe Valdemaro Danorum, Sclavorumq; rege illustri, & Duce Æsthoniæ, consanguineo nostro charissimo, in castro nostro Vard-

berg præsentibus consiliariis & potiorib. regni nostri Sueciæ, placidavimus & concordavimus in hunc modum: Ac post folie um. *Item volumus & firmiter statuimus, omnes & singulæ placitationes ac litteræ, per dictum Dominum Regē, & quoscunq; alios nobis datæ, & nobiscum habitæ super terris Scania, Hallandia, Blekingia, Lystria & Insula Huan, in suo pleno vigore & robore, per hanc nostram placitationem & finalem concordiam, in nullo penitùs diminutæ vel debilitatæ, sed potiùs redintegratæ, & de novo roboratæ ac firmæ sint ac in perpetuum stare debeant ac durare.*

Simili propemodum litterarum vigore Rex Valdemarus, Magno Regi sese obstrinxit, quas eo fine Hultfeldius non inseruit, quòd plurima contineant caussæ nostratiū patrociñantia testimonia; Illo quippè dolo nō solū hoc loco utitur Huitfeldius, sed passim in toto Chronologiæ contextu, Sueonū quidē obligationes erga Danos amussatim suo inserēs operi, Danorū verò erga Sueo-

Sueones aut astutè mutilans, aut certè penitùs intermittens; si advertat suorum negocio officere, quod in fidelem ac syncerũ non cadit Historicum: Verùm quod Hultfeldius diploma callidè prætergressus, illud ego ex Regni Suecici Archivo petitũ, validè & syncerę sequenti tenore apponam.

Universis præsentes litteras visuris & audituris, VValdemarus Dei gratia Danorum Sclavorumq; Rex, & Dux Estoniæ, salutem in Domino sempiternam. Ad perpetuam rei memoriam, tenore præsentium recognoscimus evidenter, nos Magnifico principi Domino Magno Sueciæ regi illustri, consanguineo nostro charißimo, terras videlicet totam Scaniam, totam Hallandiam, Blekingiam, Listriam, & insulam Huethen, cum castris, & munitionibus in eisdem terris situatis, cum omni jure regio, nobis, hæredibus nostris, & successoribus, & coronæ Regni Daciæ in prædictis terris, & qualibet earum, quolibet competenti, in civitatibus villis forensibus & nundinis, cum earum juribus, in nullis penitus diminutis, sed potius reintegratis, prout ab antiquo tempore hucusq; plenius & liberius habita fuisse dinoscuntur, nullis exceptis, quocunq; nomine censeantur, pro XLIX. millibus marcarum puri argenti, ponder. Coloniens. veraciter vendidisse: Cujus argenti

summam

summam ad nos, & usus nostros venisse agnoscimus, pro omnibus terris antedictis, & earundem juribus, pertinentiis quibuscunq;, in precium per hunc modum:

Primò namq; Dominus Magnus rex præfatus, debita patris nostri charissimi, Domini Christopheri, bonæ memoriæ, quondam regis Danorũ, quæ nos de jure solvere tenebamur, ab illustri principe Domino Johanne Comite Holsatiæ, & Stormariæ, patruo nostro dilecto, terras Scaniæ, Blekingiæ, & Listriæ, & insulæ Huethen per prædictum patrem nostrum impignoratas tenente, pro XXXIV. millibus marcarum, puri argenti pond. Colon. plene, & integraliter persolvit, redimendo populum terrarum earundem ab oppressionibus, & injuriis, extraneorumq; gravaminibus eripiens, quarum terrarum incolæ omnes, & singuli, eundem Dominum regem Magnum unanimi consensu, & concordi animo suum in verum regem rite elegerũt; Quã quidẽ electionem justã fore dicimus, ac nostro, heredũ ac successorũ nostrorũ, & coronæ regni Daciæ nomine, confirmando approbamus & affirmando confirmamus. Præterea memoratus Dominus Rex Magnus in preciũ terrarũ prædictarũ, octo millia marcarũ puri argẽti pond. Colon. personaliter nobis ipsis persolvit, & integraliter assignavit; Et cum hoc Castrum Kopmanna Hampe mutuæ dilectionis inter nos ampliandæ

pliandæ interventu, gratanter nobis dimisit per se, pro 7. millibus marcarum puri argenti pondere Coloniensi acquisitum; Quam etiam argenti summam, ex affectione qua erga eum movemur, vice versa, in precium terrarum prædictarum nos recognoscimus accepisse:

Igitur cum eidem Domino regi Magno prædictis summis argenti principalibus & minus pro damnis & interesse incomprehensibilibus, quæ ipsi domino Magno regi, & regnis suis dictione occasione solutionis argenti memorati & crebra defensionis terrarum prædictarum graviter & multipliciter obvenerunt, satisfacere ullo modo non sufficeremus, quæ videlicet damna & interesse ipsi Domino M. regi prædicto, successoribus & heredibus suis omnimode refundere tenebamur, prout in nostris & aliorum literis super hoc confectis plenius & clarius continetur, præfato consanguineo nostro domino Regi Magno, ejus successoribus & heredibus ac coronæ regni Sveciæ tam pro dicti argenti summa, quam damnis & interesse cum assensu, & consilio unanimi consiliariorum nostrorum, & procerum regni nostri Daciæ, clericorum & Laicorum tàm prælatorum, quam militum, & militarium, ac totius populi ac communitatis regni ejusdem, à nobis, heredibus & successorib. nostris ac corona regni Daciæ, libera ac spontanea voluntate, non compulsi, non coacti, non dolo, nec aliqua

aliqua circumventione inducti, prædictas terras omnes, & earum quamlibet, cum munitionibus & castris, in eisdem terris & earum qualibet, situatis, ac omni jure regio & pertinentiis quibuscunque superius tactis & inferius exprimendis, titulo veræ venditionis & perpetuæ alienationis dimisimus, & dimittimus per præsentes.

Et ut prædictarum terrarum per nos taliter facta mera venditio, in se verior, & magis valida censeatur in signum traditionis, vera possessionis, tàm naturalis, quam civilis, & ad usus alienationis perfectæ, evidens argumentum, nos eidem domino regi Magno, hæredibus ac successorib. suis & coronæ regni Sueciæ perpetuo possidendas, tenendas & habendas, scotavimus modo debito, & consueto, ac à nobis, successoribus, ac hæredib. nostris, ac corona regni Daciæ prorsus alienavimus, & omnino abdicavimus terras Scaniæ Hallandiæ Blekingiæ Listriæ & Insulæ Huedben, monetam & nundinas, cum earum juribus, ut præmittitur, castris munitionibus, prædiis rusticis, & urbanis, ad Regem, & jus regium pertinentibus civitatibus & villis forensibus, una cum jure patronatus in Ecclesiis, & monasteriis, & capellis quibuscunque, regi competenti, omni jure, quo terræ castra, provinciæ & quævis alia bona mobilia & immobilia Scotari, alienari, resignari renunciari, & abdicari solent, & debent, de jure & de

de facto aßignantes ipsi domino regi Magno, hæredibus, & successoribus suis ac coronæ regni Sueciæ, & subjectione & obedientia nobis successoribus, ac hæredibus nostris, ac coronæ regni Daciæ, si qua ratione terrarum prædictarum, seu in terris antedictis quolibet unquam debito, dimittentes liberum & solutum reverendum in Christo patrem, dominum Petrum Lundensem Archiepiscopum, Sueciæ primatem, qui nunc est, & eum qui pro tempore fuerit Archiepiscopus ibidem, cum capitulo Lundensis Ecclesiæ ac universo clero ejusdem Diœcesis, cujuscunque status aut conditionis existat.

Item dimisimus à nobis, successoribus & hæredibus nostris, & à corona Daciæ liberos & solutos omnes milites, militares, civitatenses, villarios omnes etiam rusticos, & inquilinos, & omnium prædictorum successores & hæredes in terris supradictis, ab omnibus servitiis, homagiis, obedientia, & obsequiis quibuscunque, ad quæ jamdudum nobis regi, ac coronæ regni Daciæ tenebantur, & ipsi regi Magno prædicto, successoribus & hæredibus, ac coronæ regni Sueciæ effectualiter aßignavimus, ad perpetui servitii homagium, & obedientiæ debitum, prout quilibet eorum ex statu suo & conditione servire & obedire suo vero regi obligatur, & tenetur de jure & patriæ statutis, seu de consuetudine laudabili approbata & servata. Tradi-

Tradimus insuper domino regi Magno prædicto, successoribus & hæredibus suis ad coronam regni Sueciæ prædictas terras, munitiones earum & castra, ac pertinentias ac jura quævis in eisdē, & ab omni possessione recedimus earundem, verum dominium terrarum ipsarum, in eundem dominum regem Magnum successores & hæredes suos ac coronam regni Sueciæ planariè transferentes, ut nos, successores nostri, vel hæredes nunquam posse habeamus, aut potentiam ex jure vel ex facto, præfatum dominum regem Magnum, successores suos vel hæredes, seu regna sua, terras aut dominia, quo vis modo molestare, aut aliqualiter aggravare, aut impetere, seu conqueri super præmissis, vel aliquo præmissorum, Renunciantes sponte & expreßè pro nobis, successoribus nostris, hæredibus nostris ac corona regni Daciæ omnis juris auxilio canonici vel civilis, consuetudinibus legib. ac statutis patriæ, beneficio restitutionis in integrum, cum omnib. exceptionib. doli mali, vel quæ metus causa, & cuilibet alterius exceptioni juris & facti, præmissa omnia, vel eorum aliquod infringenti vel infringere volenti, & specialiter juribus dicentib. generalem renunciationem non valere, & Regem alienationes factas in præjudicium regni sui & coronæ, posse revocare, promißione in contrarium facta non obstante. Item confirmamus, approbamus & ratificamus omnes & singulas

singulas Placitationes & litteras domino Magno regi præfato, & coronæ regni Sueciæ, tàm per nos, quàm Scanienses, ac quascunq; alias ab antea, in hunc diem initas atq; datas, nec non præsentes litteras & placitationes, super omnibus & singulis terris memoratis; Quas quidem Placitationes & litteras in suo pleno vigore, & robore, in perpetuum volumus perdurare. ac per hanc nostram placitationem & finalem concordiam in nullo diminutas vel debilitatas; sed potius de novo roboratas.

Cæterum si continget, nos, successores nostros, vel hæredes, impedire velle, seu molestare ultra dimidium passagij Orasund, Dominum Regem Magnum Sueciæ prædictum successores vel hæredes ejus, ac coronam regni Sueciæ, super terris Scaniæ, Hall: Blek: Listriæ, & insula Huedhen, juste ad coronam regni Sueciæ applicatis, seu super terris vel dominiis aliis quibuscunq;, ipsi præfato domino Regi Magno successoribus suis, & hæredibus, attinentibus, per publicum hostiliter invadendo, seu per viam litigij, vel contentionis, alio ve modo, dicendo nos jus habere, cum non habeamus, Pacem; Placitationes & hanc finalem concordiam infringere, nè regnum successores & corona pacificè teneat, & quietè possideat terras supradictas, Ex tunc sex Episcopi, milites & militares totidem, regnorum scilicet Sueciæ & Daciæ,

cùm nemo tã hebeti possit esse ingenio, ut sibi persuadeat, Scanos priùs dominio Suecorum se subdere decrevisse, quã apud Regem Christopherum probè cognovissent, nùm ipsos à tyrannide Holsatica vindicare posset; Et quandoquidem per temporis iniquitatem ipsi non liceret, an per ipsius integrum esset voluntatem, auxiliũ & Dominũ apud Suecones investigare perpetuum? Status quoq; Reip. Danicæ suadet Regem non sibi, multò minùs subditis auxilio venire potuisse, ut fatetur ipsemet Huitfeldius: Deindè quis eò usque

pag. 392. mente captos fuisse Suecones opinari poterit, ut vel pignus alienum à creditore pro tanta pecuniarum summa redemerint, vel cũ subditis de hoc egerint negocio, prorsùs inscio & invito Domino, videlicet rege Christophero? Deniq; si Christophero inconsulto abalienata est Scania, cur filius ejus Valdemarus Regni Danici nactus habenas, mox in primordio sui regiminis illam Sueonum manib. non extorserit quod jure fecisset refusâ Sueonibus pecuniâ expositâ, potiùs, quàm tantâ vafricie illam multos tandem post annos recuperasset? Imrnò verò Rex Valdemarus probè sciens, cum consilio & consensu Parentis

Scaniam

Scaniam Dominio Sueonum legitimè submissam, triennio post suam ad thronũ Daniæ sublimationem, hanc Scaniæ emptionem firmissimo litterarum vigore Varbergi confirmavit, ut testatur diploma Regis Magni Chronico Huitfeldij in vita Regis Valdemari quarti insertum hoc tenore:

Anno M CCC XLIII. fœdus perpetuum inter Valdemarũ Regem Daniæ, & Magnũ Smeck constitutum, ut sequens attestatur diploma. Universis præsentes litteras visuris vel audituris, Magnus Dei gratia Rex Sueciæ, Norvegiæ & Scaniæ, salutem in Domino sempiternam. Quantis est plena periculis æmula pacis discordia, jam non solùm ex prisca colligimus serie &c. post paululum. Hinc est quòd tenore præsentium notum facimus universis, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, quòd nos, anno Domini M CCC LXIII. in octava B. Martini Episcopi, cum magnifico principe Valdemaro Danorum, Sclavorumq; rege illustri, & Duce Æsthoniæ, consanguineo nostro charissimo, in castro nostro Vard-

berg præsentibus consiliariis & potiorib. regni nostri Sueciæ, placidavimus & concordavimus in hunc modum: Ac post folie um. *Item volumus & firmiter statuimus, omnes & singulæ placitationes ac litteræ, per dictum Dominum Regē, & quoscunq; alios nobis datæ, & nobiscum habitæ super terris Scania, Hallandia, Blekingia, Lystria & Insula Huæn, in suo pleno vigore & robore, per hanc nostram placitationem & finalem concordiam, in nullo penitùs diminutæ vel debilitatæ, sed potiùs redintegratæ, & de novo roboratæ ac firmæ sint ac in perpetuum stare debeant ac durare.*

Simili propemodum litterarum vigore Rex Valdemarus, Magno Regi sese obstrinxit, quas eo fine Huitfeldius non inserit, quòd plurima contineant caussæ nostratiū patrocinantia testimonia; Illo quippè dolo nō solū hoc loco utitur Huitfeldius, sed passim in toto Chronologiæ contextu, Sueonū quidē obligationes erga Danos amussitim suo inserēs operi, Danorū verò erga Sueo-

Sueones aut astutè mutilans, aut certè penitùs intermittens; si advertat suorum negocio officere, quod in fidelem ac syncerũ non cadit Historicum: Verùm quod Huitfeldius diploma callidè prætergressus, illud ego ex Regni Suecici Archivo petitũ, validè & syncerę sequenti tenore apponam.

Universis præsentes litteras visuris & audituris, VValdemarus Dei gratia Danorum Sclavorumq́, Rex, & Dux Estoniæ, salutem in Domino sempiternam. Ad perpetuam rei memoriam, tenore præsentium recognoscimus evidenter, nos Magnifico principi Domino Magno Sueciæ regi illustri, consanguineo nostro charissimo, terras videlicet totam Scaniam, totam Hallandiam, Blekingiam, Listriam, & insulam Huethen, cum castris, & munitionibus in eisdem terris situatis, cum omni jure regio, nobis, haredibus nostris, & successoribus, & coronæ Regni Daciæ in prædictis terris, & qualibet earum, quolibet competenti, in civitatibus villis forensibus & nundinis, cum earum juribus, in nullis penitus diminutis, sed potius reintegratis, prout ab antiquo tempore hucusq́, plenius & liberius habita fuisse dinoscuntur, nullis exceptis, quocunq́, nomine censeantur, pro XLIX. millibus marcarum puri argenti, ponder. Coloniens. veraciter vendidisse: Cujus argenti

summam

summam ad nos, & usus nostros venisse agnoscimus, pro omnibus terris antedictis, & earundem juribus, pertinentiis quibuscunq;, in pretium per hunc modum:

Primò namq; Dominus Magnus rex præfatus, debita patris nostri charissimi, Domini Christopheri, bonæ memoriæ, quondam regis Danorũ, quæ nos de jure solvere tenebamur, ab illustri principe Domino Johanne Comite Holsatiæ, & Stormariæ, patruo nostro dilecto, terras Scaniæ, Blekingiæ, & Listriæ, & insulæ Huethen per prædictum patrem nostrum impignoratas tenente, pro XXXIV. millibus marcarum, puri argenti pond. Colon. plene, & integraliter persolvit, redimendo populum terrarum earundem ab oppreßionibus, & injuriis, extraneorumq; gravaminibus eripiens, quarum terrarum incolæ omnes, & singuli, eundem Dominum regem Magnum unanimi consensu, & concordi animo suum in verum regem rite elegerũt; Quã quidẽ electionem justã fore dicimus, ac nostro, heredũ ac successorũ nostrorũ, & coronæ regni Daciæ nomine, confirmando approbamus & affirmando confirmamus. Præterea memoratus Dominus Rex Magnus in preciũ terrarũ prædictarũ, octo millia marcarũ puri argẽti pond. Colon. personaliter nobis ipsis persolvit, & integraliter aßignavit; Et cum hoc Castrum Kopmanna Hampe mutuæ dilectionis inter nos amplianda

pliandæ interventu, gratanter nobis dimisit per se, pro 7. millibus marcarum puri argenti pondere Colonienſi acquiſitum; Quam etiam argenti ſummam, ex affectione qua erga eum movemur, vice verſa, in precium terrarum prædictarum nos recognoſcimus accepiſſe:

Igitur cum eidem Domino regi Magno prædictis ſummis argenti principalibus & minus pro damnis & intereſſe incomprehenſibilibus, quæ ipſi domino Magno regi, & regnis ſuis dictione occaſione ſolutionis argenti memorati & crebra defenſionis terrarum prædictarum graviter & multipliciter obvenerunt, ſatisfacere ullo modo non ſufficeremus, quæ videlicet damna & intereſſe ipſi Domino M. regi prædicto, ſucceſſoribus & heredibus ſuis omnimode refundere tenebamur, prout in noſtris & aliorum literis ſuper hoc confectis plenius & clarius continetur, præfato conſanguineo noſtro domino Regi Magno, ejus ſucceſſoribus & heredibus ac coronæ regni Sveciæ tam pro dicti argenti ſumma, quam damnis & intereſſe cum aſſenſu, & conſilio unanimi conſiliariorum noſtrorum, & procerum regni noſtri Daciæ, clericorum & Laicorum tàm prælatorum, quam militum, & militarium, ac totius populi ac communitatis regni ejusdem, à nobis, heredibus & ſucceſſorib. noſtris ac corona regni Daciæ, libera ac ſpontanea voluntate, non compulſi, non coacti, non dolo, nec aliqua

aliqua circumventione inducti, prædictas terras omnes, & earum quamlibet, cum munitionibus & castris, in eisdem terris & earum qualibet, situatis, ac omni jure regio & pertinentiis quibuscunq; superius tactis & inferius exprimendis, titulo veræ venditionis & perpetuæ alienationis dimisimus, & dimittimus per præsentes.

Et ut prædictarum terrarum per nos taliter facta mera venditio, in se verior, & magis valida censeatur in signum traditionis, veræ possessionis, tàm naturalis, quam civilis, & ad usus alienationis perfectæ, evidens argumentum, vos eidem domino regi Magno, hæredibus ac successorib. suis & coronæ regni Sueciæ perpetuo possidendas, tenendas & habendas, scotavimus modo debito, & consueto, ac à nobis, successoribus, ac hæredib. nostris, ac corona regni Daciæ prorsus alienavimus, & omnino abdicavimus terras Scaniæ Hallandiæ Blekingiæ Listriæ & Insulæ Huedben, monetam & nundinas, cum earum juribus, ut præmittitur, castris munitionibus, prædiis rusticis, & urbanis, ad Regem, & jus regium pertinentibus civitatibus & villis forensibus, una cum jure patronatus in Ecclesiis, & monasteriis, & capellis quibuscunq; regi competenti, omni jure, quo terra castra, provinciæ & quævis alia bona mobilia & immobilia Scotari, alienari, resignari renunciari, & abdicari solent, & debent, de jure &

da

de facto assignantes ipsi domino regi Magno, hæredibus, & successoribus suis ac coronæ regni Sueciæ, & subjectione & obedientia nobis successoribus, ac hæredibus nostris, ac coronæ regni Daciæ, si qua ratione terrarum prædictarum, seu in terris antedictis quolibet unquam debito, dimittentes liberum & solutum reverendum in Christo patrem, dominum Petrum Lundensem Archiepiscopum, Sueciæ primatem, qui nunc est, & eum qui pro tempore fuerit Archiepiscopus ibidem, cum capitulo Lundensis Ecclesiæ ac universo clero ejusdem Diæcesis, cujuscunque status aut conditionis existat.

Item dimisimus à nobis, successoribus & hæredibus nostris, & à corona Daciæ liberos & solutos omnes milites, militares, civitatenses, villarios omnes etiam rusticos, & inquilinos, & omnium prædictorum successores, & hæredes in terris supradictis, ab omnibus servitiis, homagiis, obedientia, & obsequiis quibuscunque, ad quæ jamdudum nobis regi, ac coronæ regni Daciæ tenebantur, & ipsi regi Magno prædicto, successoribus & hæredibus, ac coronæ regni Sueciæ effectualiter assignavimus, ad perpetui servitij homagium, & obedientiæ debitum, prout quilibet eorum ex statu suo & conditione servire & obedire suo vero regi obligatur, & tenetur de jure & patria statutis, seu de consuetudine laudabili approbata & servata.

Tradi-

Tradimus insuper domino regi Magno prædicto, successoribus & hæredibus suis ad coronam regni Sueciæ prædictas terras, munitiones earum & castra, ac pertinentias ac jura quævis in eisdē, & ab omni possessione recedimus earundem, verum dominium terrarum ipsarum, in eundem dominum regem Magnum successores & hæredes suos ac coronam regni Sueciæ planariè transferentes, ut nos, successores nostri, vel hæredes nunquam posse habeamus, aut potentiam ex jure vel ex facto, præfatum dominum regem Magnum, successores suos vel hæredes, seu regna sua, terras aut dominia, quo vis modo molestare, aut aliqualiter aggravare, aut impetere, seu conqueri super præmissis, vel aliquo præmissorum, Renunciantes *sponte & expreßè pro nobis, successoribus nostris, hæredibus nostris ac corona regni Daciæ omnis juris auxilio canonici vel civilis, consuetudinibus legib. ac statutis patriæ, beneficio restitutionis in integrum, cum omnib. exceptionib. doli mali, vel quæ metus causa, & cuilibet alterius exceptioni juris & facti, præmissa omnia, vel eorum aliquod infringenti vel infringere volenti, & specialiter juribus dicentib. generalem renunciationem non valere, &* Regem *alienationes factas in præjudicium regni sui & coronæ, posse revocare, promißione in contrarium facta non obstante.* Item *confirmamus, approbamus & ratificamus omnes & singulas*

singulas Placitationes & litteras domino Magno regi præfato, & coronæ regni Sueciæ, tàm per nos, quam Scanienses, ac quascunq; alias ab antea, in hunc diem initas atq; datas, nec non præsentes litteras & placitationes, super omnibus & singulis terris memoratis; Quas quidem Placitationes & litteras in suo pleno vigore, & robore, in perpetuum volumus perdurare. ac per hanc nostram placitationem & finalem concordiam in nullo diminutas vel debilitatas; sed potius de novo roboratas.

Cæterum si continget, nos, successores nostros, vel hæredes, impedire velle, seu molestare ultra dimidium passagij Orasund, Dominum Regem Magnum Sueciæ prædictum successores vel hæredes ejus, ac coronam regni Sueciæ, super terris Scaniæ, Hall: Blek: Listriæ, & insula Huedhen, justè ad coronam regni Sueciæ applicatis, seu super terris vel dominijs alijs quibuscunq;, ipsi præfato domino Regi Magno successoribus suis, & hæredibus, attinentibus, per publicum hostiliter invadendo, seu per viam litigij, vel contentionis, alio ve modo, dicendo nos jus habere, cum non habeamus, Pacem; Placitationes & hanc finalem concordiam infringere, nè regnum successores & corona pacificè teneat, & quietè possideat terras supradictas, Ex tunc sex Episcopi, milites & militares totidem, regnorum scilicet Sueciæ & Daciæ,

ad hoc per utrumq; nostrum regnum, successores nostros vel haredes specialiter assumendi, in Helsingaborgh infra duodecim septimanas, à tempore delata quarimonia convenient, & discußione diligenti prahabitâ, nos successores nostros & haredes, tàm ad damna, & interesse, qua ipse dominus Magnus Rex pradictus successores sui vel haredes ob tales impetitiones seu molestias rationabiliter incurrerint, quam ad pœnam XXX. millium marcarum puri argenti ponderis coloniensis solvendarum, in terris & locis satis tutis, ipsi domino regi Magno, vel successoribus & haredibus suis, seu eorum nunciis, per pradictos duodecim statuendis, omnimodè compellant, & astringant: Qua videlicet damna & interesse, unà cum pœna pradicta, si solvere noluerimus, vel contumaciter aut malitiose à pradictorum solutione nos subtraxerimus, terris vel locis nobis prafixis, tunc prafati sex Episcopi, quorũ in hoc jurisdictioni nos voluntariè & expreßè subjicimus, si concordaverint aliâs, tres ex eisdem Episcopis de regno Sueciæ, sententiam excommunicationis quoties opus fuerit, absq; displicentia nostra nota, nostrorumq; successorum, vel haredum, in nos, successores nostros, vel haredes promulgabunt, minimè relaxandas, donec ipsi domino regi Magno, vel successorio

cessoribus & hæredibus suis, pro dictis damnis interesse, ac pœna, pro suæ voluntatis libito, per nos, vel successores nostros & hæredes, plenariè fuerit satisfactum, pace & hac finali concordiâ inter regem prædictum D. Magnum, successores & hæredes suos, ac regna & dominia eorundem, ac nos, successores nostros, ac regnum, & dominia Daciæ in perpetuum duraturis.

Verum ut præmissa omnia & singula, quæ nos personaliter illibata servare & tenere, & non contravenire per nos, vel alium aliqua occasione, sive causa, de jure vel facto, promittimus bonâ fide, & sub honore nostro, ut majorem habeant roboris firmitatem, volumus & expreßè consentimus, nostro, successorum & hæredum nostrorum nomine, quod si contra ea, vel eorum aliquod, quod Deus avertat, nos successores nostros vel hæredes, venire, aliquo modo contingat, fidejussores & compromissores nostri infra scripti, hæredes & successores eorundem, eo ipso, absq; displicentiæ & ingratitudinis nostræ, successorum, nostrorum & hæredum nota, se nobis successoribus & hæredibus nostris poßint & debeant hostiliter opponere,

& præfato Domino Magno, successoribus & hæredibus suis, contra nos, successores nostros & hæredes efficaci invamine firmiter & fideliter, cum omnibus amicis suis, aliisq; amore eorum, quicquā facere vel emittere volentibus, unanimiter adhærere, donec eidem Domino Magno regi præfato, successoribus, vel hæredibus suis, per nos vel successores nostros & hæredes, propter ea integraliter fuerit satisfactum, secundum justitiam vel amorem. In quorum omnium evidentiam firmiorem, sigillum nostrum est appensum.

Nos insuper Sueno Arosiensis, Iacobus Ripensis Ecclesiarum Episcopi. Johannes de Esrom, & Henricus & cæteri multi, &c. Fide jussores & comprehensores Domini nostri Regis VValdemari supradicti, recognoscimus nos omnes in simul, & per nostrum quemlibet, cum communitate totius regni Daciæ libera voluntate & affectanti animo veraciter consensisse non compulsos, non coactos, nec aliqualiter circumventos, omnibus placitationib. factis super præmissis articulis, & earum quolibet, per magnificum principem dominum nostrū regem VValdemarum prædictum & huic finali cōcordiæ verum consilium nostrum, & assensum tribuisse, obligantes nos omnes, & nostrum quemlibet hæredes nostros, & successores eorundem, & nullum in regem Daciæ eligamus, vel in principē assumamus. aut in regem & principem aliquo colore

colore seu commento callido quæsito eligi vel assumi procuremus, nisi prius juret & promittat, quod statim ac in regem electus, aut in principem assumtus, confirmet, servet & teneat omnia & singula, placitationes & litteras omnes, & singulas super terris omnibus nominatis superius & earum qualibet, factas, & hanc Placitationem & finalem cõcordiam concernunt, cum omnib. & singulis earũ clausulis & articulis, quæ in litteris dictarum Placitationũ & hujus finalis concordiæ ubicunque confectis, plenius continentur.

Promittimus etiam sub fide nostra & honore ac successorum nostrorum & heredũ, quod si præfatus dominus noster Rex VValdemarus, ejus hæredes vel successores ad coronam vel regnum Daciæ qualitercunque venientes, prætextu juris coronæ regni Daciæ, ad propriæ temeritatis audaciam insurgentes, seu eligentes, contra præmissa, vel eorum aliquod venerint vel venire attentaverint, statim nos, hæredes nostri & successores eorundẽ, cum amicis nostris omnibus, aliisque, amore nostri facere quicquam vel omittere volentibus, sæpe dictum dominum Magnum regem Sueciæ, successores suos, & hæredes, sub præmissa fidei nostræ sponsione, efficaciter & fideliter juvabimus, contra ipsum dominum nostrum regem VValdemarum successores suos & hæredes. In præmissorum evidentiam & testimonium, sigilla nostra, unà cum

sigillo domini nostri, VValdemari præsentibus apponentes. Actum & datum in castro VVardbergh. Anno Domini M. CCC. XL. III.

Itaq; cuiq; sapienti viro hinc liquidò constare arbitror, illam redemptionem Scaniæ cum consensu Christopheri, & filij approbatione contigisse, Huitfeldiumq; & alios Danorum nonnullos historiographos, per summam fraudem secùs de hac re apud posteritatem testari: Sicut etiàm illarum dominium provinciarum, hodiè ad Sueonum Regem jure legitimo pertinere. Ratio autem nunc orationis nostræ poscit, ut de mirabili nonnihil referamus vafriciè, quâ Valdemarus usus in vindicanda è potestate Suecorum Scaniâ, de qua Erpoldus Lindebruch in compendio Danicæ Historiæ, Christiano dedicatæ, ità loquitur: *Valdemarus cognomento reprobus, fertur fuisse versutissimus, avarissimus & audacissimus, qui cùm offendisset regnum pauperrimum, scilicet à suo patre spoliatum, ab hostibus Alemannis vastatum, à quibus tùm etiam multæ* fol. 42. *arces possidebantur, mirâ vafricie vindicavit*

dicavit è possidentium manibus, minimâ sanguinis jacturâ; Principio regni sui, vindicavit etiàm Scaniam, abusus simplicitate Magni Regis, ac dolo exustis omnibus ejus litteris: & paucis post versibus. *Valdemarus in asserendo Regno fuit admodum gloriosus;* Nam *ut illud in libertatem assereret, nihil non tentavit, receperat vastatum, spoliatum, depauperatum, & quodammodo in solitudinem redactum, non tàm ignaviâ patris & fratris, quàm exterorum excussionibus, sed liberum ac florentissimum reliquit; Hanc tamen illius gloriam obscurarunt, insatiabilis avaritia, & infamis perfidia.* De eadem similiter perfidia loquitur Huitfeldius in hunc modum. *Suenes ea propter hunc Regem Magnum Smeeck compellarunt, quòd blandimentis sibi persuaderi, & sese decipi pateretur: Valdemarus promisit se vicissim ipsi loco fratris & synceri amici futurum, quacunq; necessitate ingruente, & adversus quemcunq;* Tom. 3.

 Sed

Sed nequaquam ſtetit pollicitationi, ſiquidem Magnus ad proditionem Scaniæ à proprio captivatꝰ filio, quâ deindè liberatus captivitate, non multò poſt ab Alberto Rege Sueonũ ſeptennali clauſuſ carcere, nullam prorsùs Valdemari expertus ſit opem aut conſolationem. Quæ omnia cùm Danos minimè fugiant, demiror, quâ conſcientiâ Scaniam ſibi hodie uſurpent. Sicut etiàm te, Spinefontane, perniciosiſſimum hinc judico homuncionem, qui non erubeſcis tàm iniquæ, ſciens patrocinari cauſſæ: Etenim non uſq; eò te fatuũ exiſtimo, quin id ſaltem animus tuus concipere poſſit, quòd licet Rex Magnus ex quodam odio & ſtupiditate, velut patriç ſuç prædo ac tyrannus, Scaniam Valdemaro reſtituerit, nòn tamen idcirco legitimè à Danis poſſideri: Quandoquidem Regum hujusmodi in patriam, contra leges, contra privilegia, contra diplomata, contra jusjurandũ, contra conſcientiam, contra veritatem, fidem & juſticiam omnem, execranda facinora, quæ ſine procerum & ordinum conſenſu ab illis ne fariè cõmittuntur, nullaunquàm lex rationi conformiter lata approbavit; Ut neq; diplomatibus, tantâ & tali perfidiâ acquiſitis, ullus unquàm jure aliquid evicit

eit. Cùm Rex custos duntaxat, non dominus hujusmodi rerum existat; & quæ suffragio statuum sunt constituta, eadem etiàm cum eorundem scitu & approbatione fiat transmutanda: Nec tantùm quæritur in legitimo juris processu, quas habeat quispiam litteras, aut sigilla, quantùm, quo jure, & pacto illa possideat; Aliàs si tu, Parve, inaugurationis diplomata Philippi Regis Hispanici per fraudem ipsi subducta, & ab illorum custode tibi consignata, jam possideres, jure Philippum ex throno deturbares, atq; ità mirabili quadam metamorphosi, eques elumbis *Danus*, evaderet Rex Hispanus: Aut certè X X. florenorũ Rhenensium millia mihi donasses mutuò, accepto chirographo meo, & illud mihi famulus tuus illius custos, te inscio & invito occultè resignasset, dic sodes amabò, an ità ex debitorum tuorum albo me expungeres? Nequaquam. Pari ratione & in negocio per fraudem restitutæ Scaniæ, & diplomatum resignatorum, absq; consensu quorumlibet Regni ordinum; Quid enim aliud Rex quam omnium famulus & Reipub monumentorumq; custos? & quid hic aliud agitur, quàm fraudulenta urgetur restitutio chirographi, non numeratâ soluti-

one? Maximo proindè suo cum encomio, Rex Valdemarus, sicut etiàm illius hactenùs in throno Daniæ successores egissent, si Magni Regis furore & stoliditate æquo momento ac judicio ponderatis, Sueonibus aut Scaniam cum reliquis provinciis, aut LXX. millia argenti puri marcarum dudùm restituissent; fortassis meliori conscientiæ testimonio, & uberiori Numinis benedictione, ac rerum prosperitate fruerentur: velut etiàm Rex Magnus vicissim christianæ tolerantiæ, & patientiæ, regiaque generositate dignum posteritati reliquisset facinus deprædicandum, si clarissimi Cariolani in hoc negocio exemplum sibi proposuisset imitandum: Sed abundè satis in re manifesta.

CAPUT XVI.

ULtima, Spinefontane, velitatio, tecùm mihi ineunda, ratione antiquissimæ Gothicæ Regionis Gotlandiæ, in mari Baltico sitæ, quam Huitfeldius in vita Friderici Primi Danorum Regis hac ratione describit: *Gotlandia in longitudine comprehendit XVIII. milliaria,* in

in latitudine verò V I. In præcipua hujus insulæ parte ædificatum est castrū & civitas VVisbyana, præcipuum hujus arctoæ plagæ olim Emporium, priusquàm Ansaticæ civitates florere cæperūt, prout testantur hodiè etiàm præcipua urbis ædificia magno quondam splendore exædificata : Illic etiàm lex nautica primùm lata, quam in Dania adhuc nonnihil auctam usurpamus : Hæc insula distat ab Ostrogothia X I V. à Curlandia X X. Rostochio C I. X X X. & Dantisco X X X. milliaribus. Quæ eodem Huitfeldio teste in Chronico Danorum Ecclesiastico, in centum distributa est hodiè paræcias, ideoq; Daniæ paret jurisdictioni, non absq; Sueciæ & Gothiæ maximo dispendio ; cui à primo Regnorum borealium exordio, continuò propemodùm fuerat adunata, & meritissimo jure incorporata, donec Christiernus Primus Danorum Rex, illam insigni fraude, & injuriâ Gothiæ avulsam Daniæ subdidit, hactenùs eodem titulo & jure à Danis possessam : Enimverò quòd

pag. 102.

hæc

hæc insula portio Gothiæ fuerit, ab antiquissima hominum & historiarum memoria, evincit nominis Etymologia, quæ asseverat, Gotlandiam terram esse Gothorũ, probat loci propinquitas; Suadet præscriptionis diuturnitas; firmat moiũ, linguæ, & legum, religionisq; sub Episcopo Gothorum Lincopensi conformitas; Sicut etiàm ad Daniam non spectasse Gotlandiam ante tempora Christierni primi, liquet ex Saxone Danorum historico antiquissimo, qui in principio suæ Chronologiæ *Daniam* in Iuthiam, Selãdiam & Scaniam dispertit, nullâ mentione factâ Gotlandiæ, cujus nequaquàm immemor fuisset, si Danicæ illam jurisdictioni aliquomodò convincere potuisset. Immò & ipsemet Huitfeldius in Historia Friderici primi non inficiatur ante Valdemari Quarti Regimen, Gotlandiam semper Gothiæ adnexam fuisse, ut neq; ulla ratione Huidfeldius vel alius Danorũ ullus, aliud probare unquàm poterit, aut aliquandò attentavit; Quod neq; Spinefontanus quidem ipsemet, licet aliàs ad cõminiscendum quidvis sit impudentissimus, in negocio Gothorum ausus adfirmare, sed à Valdemari Quarti solum tempore, hujus Insulæ possessionem Danis attribuit;

attribuit; Quod etiàm quàm vero simile ex sequentib evadet manifestum disquisitionibus Danicarum rationum, quib Dani freti, Gotlandiæ dominiũ sibi arrogãt, & sunt numero quinq; in universum.

Primam allegat Huitfeldius inChronico Ualdemari IV. nimirùm quòd Danus plurimùm indignans cõnubium illud inter Magni Regis filium Haquinum Norvegiæ Regem, & filiam suam Margaretam, secundum pacta non procedere, anno sequenti post obtentam à Magno Scaniam, diplomataq; ingenti stipatus exercitu invaserit Olandiam, ibiq; quingentis indigenarum cæsis, insulam & castrum Borcholmense sibi subdiderit; Quæ tamen protinùs secundum abitum Valdemari à Suconibus recuperata: Inde verò in Gotlandiam Gothorum provinciã irruperit, quem incolæ sumptis repentinè armis repellere adnitentes, illorum uno die M. D CCC. crudeli spectaculo occiderit; Quâ strage peractâ in urbem admissus, immẽsas indè opes, tám ex Sacris, quàm prophanis corraserit ædibus ac urbe propemodùm desolata, in Daniam fuerit reversus, pereunte in reditu navi, quæ præcipua ex templis, & Monastriis congregata vehebat spolia, perma-

pag. 554.

permagno precio æstimanda. Hanc similiter Huitfeldius rationem jurisdictionis Danicæ in Gotlandiam, repetit in historia Friderici I. Sed, mi Huitfeldi, si firmiora non sint cætera rationum [illegible]rum momenta, causâ cades, & Gotlandia prisco Gothorum subjicietur dominio: Enimverò nullum usq; eò insani arbitror cerebri Dialecticum existere, qui hanc legitimam censeat illationem, seu consequentiam: Valdemarus nullo jure invasit & diripuit, sibiq; per tyrannidem aliquandiu subdidit Gothorum regionem Gotlandiam, ea propter Dani nunc illam legitimo tenent titulo ac jurisdictione Insulam? Quandoquidem hac ratiocinatione potiorem partem Daniæ, totam Norvegiam Suetico subjiciendã dominio absq; difficultate tibi probarem; Cùm Suecorum armis sæpenumerò Dania & Norvegia non minùs afflictæ, direptę ac devastatæ, idq; fortassis justiore de caussa; Cui tamen illationi nunquàm præberes, Huitfeldi, assensum; proindè nèque nos illi, vel ullus mentis compos unquàm assensurus. Deindè etiàm biennio post, hujus furoris causa prorsùs sublata; Siquidem anno MCCCLXIII. nuptiæ Haquini & Margaretæ regali celebratæ luxu

Pag. 102.

luxu atq; solennitate, quarum incerta spes, Valdemarum ad memoratam belli expeditionem & Gotlandiæ subactionem, teste Huitfeldio, permovit; Ac proindè nè umbram quidem juris habet diuturnior Gotlandiæ apud Danos possessio, ni velint eadem jurisdictione Daniam & Norvegiam Sueonibus adjudicare. Sed auscultemus denuò Erpoldi Lindenbruch in Compendio Chronologiæ Danicæ testimonium, superioribus etiàm pagellis adductum, quod est hujusmodi. *Valdemarus cognomento reprob. fertur fuisse versutissimus avarissimus & audacissimus, qui cũ offendisset Regnũ pauperrimũ, scilicet à patre spoliatũ ab hostib. Alemannis vastatũ, à quib. tùm etiàm multa arces possidebãtur, mirâ vafricie vindicavit è possidentium manibus minimâ sanguinis jacturâ: Principio regni sui vindicavit etiàm Scaniam, abusus simplicitate Magni Regis, ac dolo exutis omnibus ejus litteris; Anno verò proximè sequenti vindicatâ Scaniâ, jàm aperto marte invasit Olandiam, & Gotlandiam, Atq; cùm crudelissime* pag. 48.

vastasset

vastasset utranq;, interfectis in Olandia D. viris, in Gotlandia verò M M. eodem anno amisit Olandiam, & Gotlandiam; Manifestavit quoq; Deus in reditu Valdemari ex Gotlandiâ, unam navium præcipuarũ fluctib. immergens iniquissima vehentem spolia, quo jure Valdemarus Gotlandiam occupavit. & quàm gratæ hujusmodi regionum direptiones & subactiones sint præpotenti Deo, abundè patefecit illud naufragium; undè meritò Dani moderno tempore cautelam poterint captare, sibi certò certius persuadentes, quòd ultio sera Deûm, vera sed illa venit. Deniq; si rogatu Magni Regis hanc cladem Valdemarus Gotlandiæ intulit, quòd suboffensus esset Magnus Gotlandis, (ut Huitfeldius loco asserit memorato, chronicon Sueciæ insinuare, cui etiam ille aliqua ex parte suffragatur) tum sanè minus multò hinc sequetur, Gotlandiam Daniæ nunc parere obligatam; Siquidem non ut sibi subjiceret, Valdemarus ad hanc expeditionem à Magno invitatus; Sed ut rebelles subditos, Erico, Magni filio adhærentes, ad pristinam redigeret obædientiâ; quod ipsum de Olandia judicium videtur ferendum: Atqui Valdemarus eâdem fraude Gotlandiam,

diam, qua anno Superiori Scaniam decrevit subjiciendam, prætendens in gratiam Regis Magni illã expeditionem susceptã, donec in civitatem Visbycensem, velut amicus Regis Magni intromissus, patefactis, ut testatur Huitfeldius, portis, illic velut inimicum & hostem, imò tyrannum crudelissimum se manifestaverit.

Quocircà Dani, & potissimum Huitfeldius, hanc rationem parùm adferre momenti ad jurisdictionem in Gotlandiam asserendum, probè animadvertẽs, huic labescenti aliã substituere conantur, quam authoritate tali in forum producunt, velut constat ex Huitfeldio Daniæ Cancellario, in historiâ ejusdẽ. Valdemari Quarti, spectandã Anno MCCCLXVI. in castro Aleholmẽsi, promisit & permisit Rex Albertus pag. 584 cum consilio & consensu senatorum Suecicorum, Regi Valdemaro Gotlandiam, Verenniam, Chindiam, Marchiam & arcẽ Elsburgensem, mediamq; insulam Hisingensem cum territorio, in quo castrum Elsburgense situm, jure hæreditario & perpetuo sub Diademate Danorũ constituenda & referenda; Ac proindè legitimâ possident Dani jurisdictione Gotlandiam. Sed vertamus folium, mi Huitfeldi, & opposi-

tum, etiàm tuomet testimonio deprehendetur; Quandoquidem expressis paginâ DLXXXXI asseveres verbis, vicissim parenté regis Alberti, Ducẽ Megapolésem, & Henricũ, ac Magnũ fratres regios universũ Ducatũ Megapolitanũ, totũ comitatũ Suerinensẽ omneq; dominiũ Rostochiense, cũ jurisdictione cuncta, quã Valdemarus in memoratas possedit ditiones, liberè obtẽturos & fruituros; sicut etiã Regẽ Albertum, integro Suecorum Gothorumq; regno potiturum: Verùm, quid obsecro, juris habuit dux Albertus cum Henrico & Magno filiis, in antiquissimas Regni Suecici provincias? Sanè non ratione uxoris suæ Euphemiæ, sororis Magni Regis, cui pro consuetudine dos & parapheroalia ex Regno Sueciæ sunt assignata? Neq; quod filium suum Albertum Sueonib. pro Rege obtrusurus, militares copias propriis adduxerit impensis; siquidem Regnũ quòd in gratiam filij ambiebat, obtinuerit? Nec etiàm Suecones diademate Gothico filium decorarunt, ùt velut Regni prædo, pro amplissimis & antiquissimis regni ditionibus parenti & fratribus Ducatum & comitatũ dominiumq; in transmarinis compararet oris? ut neq; fuerat necessariũ, à Rege Valdemaro, Regnũ Sueciæ redimere, aliquot ipsi provinciis Sueonum attributis, cũ ju-

risdictionē habuerit nullā unquàm in Rēpub. Suecanā: Deindè si quas Regni Suecici ditiones Rex Albertus, & Senatores Sueonū fraude Valdemari decepti, vel necessitate tēporis compulsi, Valdemaro inviti assignarūt, illas biennio postmodū vix evoluto, non solum revocarūt unà cū Scania; Sed etiā Rex Albertus sibi jurisdictionē in universum *Daniæ* Regnū vendicavit, associatis sibi in belli partem Ansaticis civitatib. illā tyrannidē à Valdemaro, sexennio ante patratā decernentib. ulciscendā, prout liquet ex historia Valdemari à Huitfeldio conscripta; Quib. etiā amplissima impertivit privilegia Rex Albertus, perpetuò in Dania usurpanda, ubi illarū auxilio *Daniæ* throno esset potitus. *Deniq;* Rex Albertus aliquot annis à morte Valdemari evolutis, Margaretæ Valdemari filiæ bellū illaturus, & pecuniâ belli nervo destitutus, Gotlandiā pro XX. millib. duplonū, *Dominis* Prussiæ oppignoravit; Quā sanè Crucigeri loco pignoris nequaquā accepissent, si non liquidò ipsis, in propinquo Gotlandiç habitantib. illā non *Danicæ* sed *Sueticæ* jurisdictionis insulā existere, constitisset Hāç verò oppignorationē non inficiatur Huitfeldius in vita Margaretæ; Sed in historia Friderici I. de hac controversia institutæ ab

pag. 600.

pag. 72.

ab ipso narrationi hujusmodi opponit Scholion; siquidem nihil tam manifestum in negotio Suecorũ, quod non ille in suis Chronicis obnubilare passim conetur: pag. 102. *Hoc ita, inquit, factum esse poterit quòd Albertus id pignori posuerit, quod sua jurisdictionis non erat.* Undè liquet, quantoperè semet Huitfeldius torqueat, ac instar Prothei in varias transmutet formas, ut rem manifestissimam juxta ac æquissimam fraudib & imposturis obscuret; quod ipsum etiam in negocio super Scania, inter Sueones & Gothos controverso factitat; Eodem etiám loco persimili utitur technâ doloq;; Nam asserens illic ex sententia Sueonum, Gotlandiam contributione facta à solis Sueciæ Gothiæq; indigenis, ex crucigerorũ potestate redemptam esse, postmodùm Gotlandiam, parem lectori fucum, altero ad marginem scholio impudenter adnotato, facit: *Dani, inquit, affirmant suis pecuniis recuperatam esse Gotlandiam.* Quanquàm in Chronico Margaretæ, huic contrarium atq; etiam superiori asseveret glossæ, velut patet ex sequenti contextu: *Nostra, sicut etiàm Prutenorum Chronologia affirmant, Regem*

Alber-

Albertum oppigneraſſe Gotlandiã Conrado von Jungingen, *Magiſtro ordinis, in uſum bellicæ expeditionis pro X X. millibus duplonum, hoc eſt nobulcrum,* pag. 72. *quàm ideò poſſiderunt conſtituto illic caſtellano nobili quodam Suecone, à Rege Alberto in exilium pulſo: Sed deinde indignum Sueci ducentes Regni provinciam pignori poſitam, ipſam redemerunt.* Memorem idcircò mendacem oportet eſſe, Huitfeldi: Sed auſculta etiàm paulíſper Huitfeldi, Ericum Ubſalenſem (ſi tibimetipſi non ſatis fidis, ut neq; ego, vel alij, mẽtiri aſſuefacto) de hac redemptione in vita Margaretæ ſic loquentem: *Erat inter cætera gravamina & innumera tributa, etiam hoc unum, ut de qualibet cauda jumẽtorum certa ſumma ſolveretur pecuniæ: mox autem poſt introitum ſuum in Regnum, Gotlandiam, quam pater ejus ſpoliaverat, vaſtaverat & multo martyrio laniaverat, quam poſteà Rex Albertus recuperatam, Dominis de Pruſſia in pignus obligaverat, pro X X. millibus nobulorum, redimere diſponebat: Impoſuit*

ergò Regnicolis summam gravissimã exsolvendam XII. videlicet oras denariorum monetæ Stocholmensis, cuilibet rustico per regnum universum, de qualibet stuba, atq; indè redemit Gotlandiã, summam excrescentem suis usib. applicando; Sicq; recuperata & satis preciose redẽpta postquam guerrarum, & bellorum rabie innumerâ pro ea obtinenda, regnum sustinuerat detrimenta: Audin' Huitfeldi, quorum ære olim Gotlandia redempta? Hoc ipsum quoq; ex qualibet fermè apud Suecones Gothosq; hodiè etiàm vetulâ cognosces; Adeò firmiter inhærent posterorũ memoriæ, & jugi commemorationi nimia tributorum onera, & immania tyrannorum facinora, ut illorum cum indignatione & detestatione sera jugiter recordetur posteritas. Tertiã, jurisdictionis Danicæ in Gotlandiam astruendæ rationem, occultè passim insinuatam à Huitfeldio, aperte in theatrũ producit Spinefontanus ingenti quidem, sed etiam impudenti applausu: *Visum est ei, non detrimento solum* (inquit de Rege Johanne) *Regno Daniæ, sed ignominiæ loco fore, ut Insulam quam præscriptione longi temporis, jàm indè à Valde-*

mari IV. temporibus Dani possediss. ut, fol. 13.
nisi quod aliquandiu intercepta ab Alber
to Rege Sueciæ esset, undè etiam à tot re-
troactis annis, sibi Gothorum titulũ Dani
usurpassent, sibi vi, dolo, & fraude eripi
paterentur Maximè cùm universa Sue-
cia, jàm indè à tempore Margaretæ, lit-
teris ac sigillis, Sacramentis fidei, ac pub-
lico decreto, ità se reliquos duobus regnis
adstrinxisset, ut juncta illis perpetuo fæ-
dere manere vellet. Jam, jam Parve, her-
bam tibi lubens porrigo, sed urticã; Nunc,
nunc digitum in sublime tollo, sed non ut
victoriam tibi permittam, sed colaphum
infringam: Audes namq; tu hominũ im-
pudentissime, Danis ignominiæ loco du-
cendam Gotlandiæ restitutionem affirma-
re? Immò ignominiosissimum Danicæ na-
tioni, Sueonum provinciam nullo prorsùs
jure tot annis, vi ac dolo occupare? Nõ eru-
besce mendacissime homuncio, diuturni
temporis præscriptione à Valdemari IV.
temporib usq; huc Danis Gotlandi m esse
possesãm contẽdere? Siquidẽ biennio, illoq;
nõ integro, ante Christierni I apud Danos
gubernacula dũtaxat paruerit, qui illã falsis

sibi subdidit induciis, & iisdem successores freti, hactenùs Gotlandiam possederunt: Etenim Albertus Rex de potestate Valdemari recuperatam oppignoravit, Suecones oppignoratam redemerunt, aliquot annis ab Erico Pomerano, connivente Christophero rege Erici nepote, in detrimentum grande Suecorum, iniquè occupatam, multis impensis & sanguine Suei Gothiq; revocare diu frustra studuerũt, Danicâ impediti astutiâ: Atq; hoc pacto mansit jugiter jurisdictio in Gotlandiam, non apud Danos sed Suecones, qui illam proinde diuturni temporis præscriptione meritò possederunt; Ac propterea Dani, si diuturniore ac firmiore jure, sibi hodie non usurpant Gothorum titulum, velut pica Æsopica alienis sese plumis indecenter exornant; Sicut etiàm vanissimè perfidissimeq; asseris, Spinefontane, in tua refutatione Gothorum titulo & nomenclaturâ potiori jurisdictione Danos quãSuecones hodiè gloriari: Sed jam rationis tuæ murum aggrediar ahæneum æquitatis & veritatis ariete non difficulter expugnandum: quem tali iń altum producis firmamento: *Suecia universa à temporibus Margaretá litteris ac sigillis, Sacramento fidei*

to fidei ac publico decreto itâ Daniæ & Norvegiæ est astricta, ut ab illis nequaquàm possit separari, Ergò & Gotlandia, quæ provinciæ est Sueciæ. Quippè ad ravim usq; tibi tuisq; inculcavi, ac euidentissimè commonstravi, Danos à fœdere primos desciviſſe; Danos promiſſis & pactis non ſtetiſſe; Danos ſigillis, litteris & decretis non ſatisfeciſſe: Quâ igitur ratione Sueones, plus obligatos Danis, quàm Danos Sueonibus arbitraris? Eadem, dubio procul, quâ Huitfeldius affirmat Sueones ſub illo fœdere mancipia & ſervos, Danos autem ſemper Dominos extitiſſe, quorum fuit imperare, Suecorum autem imperata exequi; Quorum erat, pacta fœderis, quæ placerent, exequi, horum verò, univerſa amplecti; & amuſſatim obſervare: Cur ita? Sic voluêre, ſic juſſere Dani, fuit pro ratione voluntas; Ac proptereà eodem Danorum mandato voluntateq;, non tantū Gotlandia, ſed etiàm Suecia univerſa, ſi Diis placet, Danis ſubjicienda: Sed abi ad Garamantas & Indos, vel potiùs Iuthos tuos cum tuo mandato, Spinefontane, quod nè hili quidem faciunt Sueones, utpotè antiquior longè natio, celebrior multò & po-

tentior quàm Danorum populus; Quæ justissima de caussa à fœdere servitutis velut arctissimo descivit vinculo; & quæ sui non Danici est juris, quæq; tantùm abest ut universa Danicæ jurisdictionis hoc tempore existat, ut nè pagus quidem in Suecia ratione fœderis, Daniæ Regno sit jure subjectus, multò minùs Gothorum insula Gotlandia, quam Sueones justissimo repetunt titulo, nō vi, dolo, aut fraude, ut Spinefontanus scurriliter comminiscitur.

Tandem his tribus rationib. quâ licuit astutiâ, à Huitfeldio pro astruenda Danorum jurisdictione in Gotlandiam tortis & retortis, non tamen Sueonum jus ullo modo evertentibus, ultimum, illudq; velut firmissimum vacillanti & titubanti Danorum caussæ apponit fulcimentum, in historia Friderici Primi, quod hujusmodi est: Pag. 104. *In summa, quod Gotlandiam attinet, non est opus de illa copiosius disputare; Siquidem in Transactione Stetinensi, Danorum potestati prorsùs adjudicata:* Quæ quidem ratio suo robore cæteras aliquandiu unà suffulsit, sed cùm Dani anno superiori, nullâ rationabili causâ compulsi, ve-

ſi, verùm merâ ambitione & cupiditate, non ſolùm Gotlandiæ, verùm etiàm totius Sueciæ ſubjiciendæ deſiderio permoti, Stetinenſem transgreſsi ſunt imprudenter transactionem, hoſtiles in regnum Sueciæ adducendo copias, illud ferro flãmaq; vaſtando, illius ditiones, & arces vi occupando, ac expugnando, proprioq; milite firmando, caſſa vigore corruit, nunquàm forte caput ampliùs ſublatura; Atq;, itâ ſpes Sueones indubitata tenet, Gotlandiã propediem, divinâ opitulante gratiâ, priſco & juſto reſtitutum iri dominio, miſerabili tandem ſubducta ſervituti ac calamitati; Cujus vicem Munſterus hac compaſsione proſequitur: *Inſula*, inquit, *Gotlandia, prout cognovi ex indigenis illarum regionum, non invanùm hoc nomine compellata: Siquidem eſt pulchra & undequaq; frugifera Inſula; Hanc tamen Dani longo tempore oppreſſerunt, & divexarunt, quam ad inopiam grandem deduxerunt, ipſam ſibi ſubjicientes, quæ nihilo minùs jure ad Sueciam & Gothiam ſpectat.* Tempus itaque eſt, Spinefontane, ut velites revocemus, ſenæ velita-

senæ velitationi finem imponamus; & militem ad sequentem disponamus conflictum, colophonis loco illam Magni Gothi nostri iniquissimè à tua rabie insectati, querimoniam super dispendio Gotlādiæ, cum tua venia adjungendo. *Pactis itaq; induciis Sueones amissâ per summam imprudentiam Gotlandiâ, circa finem mensis*
lib. 23. c. 3. *Julÿ, Anno Christi MCDXLIX. in Sueciam redierunt; Dani verò suis ingeniis usi, alienam terram majore injuriâ, quàm justitiâ occupantes, possederunt, possidentq; donec Sueonum Gothorumq; oculi iterùm aperiantur.*

CAPUT XVII.

Sat temporis, Spinefontane, velitationibus hactenus concessum, ad meridiem usq; cōtinuatis, jam pomeridianas ipsi prælio largiamur horas; Mea quidem ad pugnam disposita est acies, tua verò ubi? Exigua admodùm eminùs comparet, in arctum fortassis jam tuæ coguntur copiæ, præviis diminutæ velitationibus? Nihilominùs tamen animum erige prostratum, martis aleam denuò experire, despersas collige

colli ge copias, desperantib. victoriæ spem facias, fortasis illâ potieris, & clasico utrinq; nunc prælij designemus primordia.
I. Turma. Iohanes Magnus testimonio eruditorum hominum, qui cum judicio scriptum ejus lecturi sunt, nihil aliud assecutus, quàm quòd & se qualis vir fuerit, & ingenium Sueticum, quod nullâ disciplinâ ad virtutem & modestiam assuefactum sed quod iræ, invidiæ ac livoris plenum vi grassatur, graphicè depinxerit.
Satis profectò animosè primam aggrederis irruptionem, in terga verterit hæc prætoria cohors, victor, vel potiùs fictor eris, & calumniator, sycophantaq; insignis: Adeste viri, exerite vires, alacriter pro viro innocentissimo pugnate, honorem, famam, existimationemq; pariter vestram defendite; illius periculo dignitatem etiam patriæ vestræ certissimis exponi discriminib. cogitate. Itaq;, Spinefontane, hoc pacto vicissim tuum retundimus impetum, fatêdo imprimis, tibiq; non difficulter concedendo, quòd, qualem viri prudentia insignes, Chronico Suecorum pervoluto, Johannem Magnum dijudicant, talem quoq; illum esse; Atqueni optimum virum, & fidelissi-

fidelissimum, verissimumq; illum censent historicum, prout inter alios candidos illius æstimatores, testimonio evincitur clarissimi doctissimique viri, Doctoris Adami Henricpetri, qui tantæ dignitatis atq; utilitatis utriusq; fratris opera existere arbitratus est, ut non dubitaverit illa in unum redacta opus, serenissimo Principi Ferdinando Archiduci Austriæ, non absq; grandi virorum prævio encomio & applausu dedicare, atq; propriis impensis, illisq; maximis in publicam lucem & conspectum evulgare; ex cujus præfatione voluminis, testimonium hujusmodi petitum: *Iunctus est*, inquit, *huic Authori, quibusdam locis cum aliis authoribus, Iohannes Magnus, Olai frater, ipsius in Archiepiscopatu Vbsalensi prædecessor, Sueciæ primas; vir sanè, ut scripta & litterarum monimenta indicant, omnibus disciplinarum generibus & boni historici nominibus absolutissimus: Quo autem ordine, & ex quâ caussa, jàm indicabo: Scripsit enim Iohannes, Regum septentrionalium & rerum memorabilium absolutam historiam summa fide & diligentia.* Quocircà;

cà. Spinefontane, Gothus noster doctissimus vir, & fidelissimus historiæ Suecanæ scriptor reputandus. quæ sempiternum ad omnem venturam transmissura testimonium posteritatem, neq; illam, neque clarissimum illius Auctorem, Jovis Ira, nec ignis, nec potuerit ferrum, nec edax abolere vetustas, Multo minùs, Spinefontane, impudentissimus tuus calamus; Sicut etiàm ex Chronico Johannis Magni eam posteri sententiam ferent, quòd nullo alio studio consiliove, historiam suam adeò longè ex abditis priscorum temporum latebris petitam, ad nostram usq; ætatem continuaverit, quam ut verissimo exemplo partim domesticorum scriptorum, partim exterorum in secunda nostra velitatione grādi numero adductorum permotus, originém gentis Suecanæ ex eâ vetustate fideliter duceret, ac limites Regni Sueciæ Gothiæq; eò usq; proferret, ut nationem Suecorum esse vetustissimam, ac prius in affluentissimam mortalium multitudinem crevisse, quàm reliquæ partes orbis ullū habuerint colonum, exceptis Australibus, antiquissimo

Certissi-

certissimoq; chronographorum suffragio suffultus, evidenter ostenderet: Quæ etiam Danis & vicinis nationibus non paucis, Reges olim potentissimos destinavit, & ex qua aliæ gentes septentrionales primùm omnium, tanquàm examina apum, & velut de vagina gentium prodierunt; Ideoq; si cuiquam ignotum hactenùs, quib majoribus orti Dani, & quibus Sueones, hoc fretus scriptore liquidò cognoscet, te, Spinefontane, Danum ingratam Sueonum esse sobolem, qui veluti impia lacertæ proles, maternũ identidem conaris uterum perfodere; Et pariter indubitatè intelliget, gentem Suecorum ex Magogo Noæ nepote, testimonio Authorum in secunda velitatione grandi agmine productorum, verissimè exortam, utpotè ex arca in montib. Armeniæ infallibiliter subsistente, ad reparationem novam generis humani egresso, & Scythiæ restaurationem protinùs aggresso; Scythis quoq; Europeis, non Suevis, prognatos esse Suecos Gothosq; majoribus admodùm Sueonibus gloriosum existere intelligit: Velut deniq; in Sueonum encomium vergere sempiternum fatebitur, quæ Gothi contra Cyrum, Danũ, Philippum, Alexandrum, cæterosq; orbis terra-

terrarum Monarchas præclarisſima olim gesserant facinora, nè tantillum quidem laudis indè ad Danos dirivando: Animadvertis itaq;, Spinefontane, quàm justâ rerũ & verborum metamorphosi, quas in Suecorum direxeras perniciem, nõ absq; tuo dedecore in prægrandeSuecorum Gothorumq;, sicut etiam ipsius Johannis Magni encomium ceciderunt calumniæ? Ac proindè veritati cõformiter loquutus es paulò ante mẽdacem hunc verborum contextum, ubi hac ratione illud ipsum de Gotho nostro, & gente Sueonum profiteris: *Primum itaq;, ut ad historiam ejus veniam; etsi in ea describenda, sempiternam sibi nominis gloriam atq; perennem laudem genti suæ quæsierit Ubsalensis.* Verùm ausculta adhuc non minoris authoritatis testimonium, Johanni nostro à clarissimo viro Henrico Pædionæo, cujus industriâ pervigili, fideliq;, Johannis & Olai, in unum conflata volumen opuscula, in eodem opere meritò perhibitum: *Quandoquidem nobis*, inquit, *ut in præfatione diximus, placuit, duorum fratrum; Scilicet Olai & Iohannis Ma-*

 gnorum

sibi subdidit induciis, & iisdem successores freti, hactenùs Gotlandiam possederunt: Etenim Albertus Rex de potestate Valdemari recuperatam oppignoravit, Suecones oppignoratam redemerunt, aliquot annis ab Erico Pomerano, connivente Christophero rege Erici nepote, in detrimentum grande Suecorum, iniquè occupatam, multis impensis & sanguine Suecici Gothiq; revocare diu frustra studuerût, Danicâ impediti astutiâ: Atq; hoc pacto mansit jugiter jurisdictio in Gotlandiam, non apud Danos sed Suecones, qui illam proinde diuturni temporis præscriptione meritò possederunt; Ac propterea Dani, si diuturniore ac firmiore jure, sibi hodie non usurpant Gothorum titulum, velut pica Æsopica alienis sese plumis indecenter exornant; Sicut etiàm vanissimè perfidissimeq; asseris, Spinefontane, in tua refutatione Gothorum titulo & nomenclaturâ potiori jurisdictione Danos quâ Suecones hodiè gloriari: Sed jam rationis tuæ murum aggrediar abæneum, æquitatis & veritatis ariete non difficulter expugnandum, quem tali iá altum producis firmamento: *Suecia universa à temporibus Margaretá litteris ac sigillis, Sacramento fidei*

to fidei ac publico decreto ità Dania & Norvegia est astricta, ut ab illis nequaquàm poßit separari, Ergò & Gotlandia, quæ provincia est Suecia. Quippè ad ravim usq; tibi tuisq; inculcavi, ac evidentisſimè commonstravi, Danos à fædere primos desciviſſe; Danos promissis & pactis non stetiſſe; Danos sigillis, litteris & decretis non satisfeciſſe: Quâ igitur ratione Sueones, plus obligatos Danis, quàm Danos Sueonibus arbitraris? Eadem, dubio procul, quâ Hujtfeldius affirmat Sueones sub illo fædere mancipia & servos, Danos autem semper Dominos extitiſſe, quorum fuit imperare, Suecorum autem imperata exequi; Quorum erat, pacta fæderis, quæ placerent, exequi, horum verò, universa amplecti; & amuſſatim observare: Cur ita? Sic voluêre, sic juſſere Dani, fuit pro ratione voluntas; Ac propterea eodem Danorum mandato voluntateq;, non tantũ Gotlandia, sed etiàm Suecia universa, si Diis placet, Danis subjicienda: Sed abi ad Garamantas & Indos, vel potiùs Juthos tuos cum tuo mandato, Spinefontane, quod nè hili quidem faciunt Sueones, utpotè antiquior longè natio, celebrior multò & po-

tentior quàm Danorum populus; Quæ justissima de caussâ à fœdere servitutis velut arctissimo descivit vinculo; & quæ sui non Danici est juris, quæq; tantùm abest ut universa Danicæ jurisdictionis hoc tempore existat, ut nè pagus quidem in Suecia ratione fœderis, Daniæ Regno sit jure subjectus, multò minùs Gothorum Insula Gotlandia, quam Sueones justissimo repetunt titulo, nô vi, dolo, aut fraude, ut Spinefontanus scurriliter comminiscitur.

Tandem his tribus rationib. quâ licuit astutiâ, à Huitfeldio pro astruenda Danorum jurisdictione in Gotlandiam tortis & retortis, non tamen Sueonum jus ullo modo evertentibus, ultimum, illudq; velut firmissimum vacillanti & titubanti Danorum caussæ apponit fulcimentum, in historia Friderici Primi, quod hujusmodi est:
Pag. 104. *In summa, quod Gotlandiam attinet, non est opus de illa copiosius disputare; Siquidem in Transactione Stetinensi, Danorum potestati prorsus adjudicata:* Quæ quidem ratio suo robore cæteras aliquandiu unà suffulsit, sed cùm Dani anno superiori, nullâ rationabili caussâ compulsi, ve-

ſi, verùm merâ ambitione & cupiditate, non ſolùm Gotlandiæ, verùm etiàm totius Sueciæ ſubjiciendæ deſiderio permoti, Stetinenſem transgreſsi ſunt imprudenter transactionem, hoſtiles in regnum Sueciæ adducendo copias, illud ferro flãmaq; vaſtando, illius ditiones, & arces vi occupando, ac ex pugnando, proprioq; milite firmando, caſſa vigore corruit, nunquàm forte caput ampliùs ſublatura; Atq; ità ſpes Sueones indubitata tenet, Gotlandiã propediem, divinâ opitulante gratiâ, priſco & juſto reſtitutum iri dominio, miſerabili tandem ſubducta ſervituti ac calamitati; Cujus vicem Munſterus hac compaſsione proſequitur: *Inſula*, inquit, *Gotlandia, prout cognovi ex indigenis illarum regionum, non invanùm hoc nomine co[...] lata: Siquidem eſt pulchra & undequaq; frugifera Inſula; Hanc tamen Dani longo tempore oppreſſerunt, & divexarunt, quam ad inopiam grandem deduxerunt, ipſam ſibi ſubjicientes, quæ nihilo minùs jure ad Sueciam & Gothiam ſpectat.* Tempus itaque eſt, Spineſontane, ut velites revocemus; ſenæ velita-

ſcenæ velitationi finem imponamus; & militem ad ſequentem diſponamus conflictum, colophonis loco illam Magni Gothi noſtri iniquiſſimè à tua rabie inſectati, querimoniam ſuper diſpendio Gotlādiæ, cum tua venia adjungendo. *Pactis itaq; induciis Sueones amiſſâ per ſummam imprudentiam Gotlandiâ, circa finem menſis*
lib. 23. c. 3. *Julij, Anno Chriſti M C D X L I X. in Sueciam redierunt; Dani verò ſuis ingeniis uſi, alienam terram majore injuriâ, quàm juſtitiâ occupantes, poſſederunt, poßidentq; donec Sueonum Gothorumq; oculi iterùm aperiantur.*

CAPVT XVII.

Sat temporis, Spinefontane, velitationibus hactenus conceſſum, ad meridiem uſq; cōtinuatis, jam pomeridianas ipſi prælio largiamur horas; Mea quidem ad pugnam diſpoſita eſt acies, tua verò ubi? Exigua admodùm eminùs comparet, in arctum fortaſsis jam tuæ coguntur copiæ, præviis diminutæ velitationibus? Nihilominùs tamen animum erige proſtratum, martis aleam denuò experire, diſperſas collige

collige copias, desperantib. victoriæ spem facias, fortassis illâ potieris, & classico utrinq; nunc prælij designemus primordia.
I. Turma, Iohanes Magnus testimonio eruditorum hominum, qui cum judicio scriptum ejus lecturi sunt, nihil aliud assecutus, quàm quòd & se qualis vir fuerit, & ingenium Sueticum, quod nullâ disciplinâ ad virtutem & modestiam assuefactum sed quod iræ, invidiæ ac livoris plenum vi grassatur, graphicè depinxerit.
Satis profectò animosè primam aggrederis irruptionem, in terga verterit hæc prætoria cohors, victor, vel potiùs fictor eris, & calumniator, sycophantaq; insignis: Adeste viri, exerite vires alacriter pro viro innocentissimo pugnate, honorem, famam, existimationemq; pariter vestram defendite; illius periculo dignitatem etiam patriæ vestræ certissimis exponi discriminib. cogitate. Itaq;, Spinefontane, hoc pacto vicissim tuum retundimus impetum, fatẽdo imprimis, tibiq; non difficulter concedendo, quòd, qualem viri prudentia insignes, Chronico Suecorum pervoluto, Johannem Magnum dijudicant, talem quoq; illum esse; Atqueni optimum virum, & fidelissi-

fidelissimum, verissimumq; illum censent historicum, prout inter alios candidos illius æstimatores, testimonio evincitur clarissimi doctissimique viri, Doctoris Adami Henricpetri, qui tantæ dignitatis atq; utilitatis utriusq; fratris opera existere arbitratus est, ut non dubitaverit illa in unum redacta opus, serenissimo Principi Ferdinando Archiduci Austriæ, non absq; grandi virorum prævio encomio & applausu dedicare, atq; propriis impensis, illisq; maximis in publicam lucem & conspectum evulgare; ex cujus præfatione voluminis, testimonium hujusmodi petitum: *Iunctus est*, inquit, *huic Authori, quibusdam locis cum aliis authoribus, Iohannes Magnus, Olai frater, ipsius in Archiepiscopatu Vbsálensi prædecessor, Sueciæ primas; vir sanè, ut scripta & litterarum monimenta indicant, omnibus disciplinarum generibus & boni historici nominibus absolutissimus: Quo autem ordine, & ex quâ caussa, jàm indicabo: Scripsit enim Iohannes, Regum septentrionalium & rerum memorabilium absolutam historiam summa fide & diligentia.* Quocircà;

cà. Spinefontane, Gothus noster doctissimus vir, & fidelissimus historiæ Suecanæ scriptor reputandus. quæ sempiternum ad omnem venturam transmissura testimonium posteritatem, neq; illam, neque clarissimum illius Auctorem, Jovis ira, nec ignis, nec potuerit ferrum, nec edax abolere vetustas, Multo minùs, Spinefontane, impudentissimus tuus calamus; Sicut etiàm ex Chronico Johannis Magni eam posteri sententiam ferent, quòd nullo alio studio consiliove, historiam suam adeò longè ex abditis priscorum temporum latebris petitam, ad nostram usq; ætatem continuaverit, quam ut verissimo exemplo partim domesticorum scriptorum, partim exterorum in secunda nostra velitatione grādi numero adductorum permotus, originém gentis Suecanæ ex eâ vetustate fideliter duceret, ac limites Regni Sueciæ Gothiæq; eò usq; proferret, ut nationem Suecorum esse vetustissimam, ac prius in affluentissimam mortalium multitudinem crevisse, quàm reliquæ partes orbis ullū habuerint colonum, exceptis Australibus, antiquissimo

certissimoq; chronographorum suffragio suffultus, evidenter ostenderet: Quæ etiam Danis & vicinis nationibus non paucis, Reges olim potentissimos destinavit, & ex qua aliæ gentes septentrionales primùm omnium, tanquàm examina apum, & velut de vagina gentium prodierunt; Ideoq; si cuiquam ignotum hactenùs, quib. majoribus orti Dani, & quibus Sueones, hoc fretus scriptore liquidò cognoscet, te, Spinefontane, Danum ingratam Sueonum esse sobolem, qui veluti impia lacertæ proles, maternũ identidem conaris uterum perfodere; Et pariter indubitatè intelliget, gentem Suecorum ex Magogo Noæ nepote, testimonio Authorum in secunda velitatione grandi agmine productorum, verissimè exortam, utpotè ex arca in montib. Armeniæ infallibiliter subsistente, ad reparationem novam generis humani egresso, & Scythiæ restaurationem protinùs aggresso; Scythis quoq; Europeis, non Suevis, prognatos esse Suecos Gothosq; majoribus admodùm Sueonibus gloriosum existere intelligit: Velut deniq; in Sueonum encomium vergere sempiternum fatebitur, quæ Gothi contra Cyrum, Dariũ, Philippum, Alexandrum, cæterosq; orbis terra-

terrarum Monarchas præclarissima olim gesserant facinora, nè tantillum quidem laudis indè ad Danos dirivando: Animadvertis itaq;, Spinefontane, quàm justâ rerũ & verborum metamorphosi, quas in Suecorum direxeras perniciem, nõ absq; tuo dedecore in prægrande Suecorum Gothorumq;, sicut etiam ipsius Johannis Magni encomium ceciderunt calumniæ? Ac proindè veritati cõformiter loquutus es paulò ante mẽdacem hunc verborum contextum, ubi hac ratione illud ipsum de Gotho nostro, & gente Sueonum profiteris: *Primum itaq, ut ad historiam ejus veniam; etsi in ea describenda, sempiternam sibi nominis gloriam atq perennem laudem genti suæ quæsierit Vbsalensis.* Verùm ausculta adhuc non minoris authoritatis testimonium, Johanni nostro à clarissimo viro Henrico Pædionæo, cujus industriâ pervigili, fideliq;, Johannis & Olai, in unum conflata volumen opuscula, in eodem opere meritò perhibitum: *Quandoquidem nobis*, inquit, *ut in præfatione diximus, placuit, duorum fratrum; Scilicet Olai & Iohannis Ma-*

 gnorum

gnorum Vbsalēnsium Episcoporum amœnos & simul utiles conjungere labores: Vin' plures hujus caussæ patronos? Ausculta etiàm clarissimum illustris viri Damiani à Goës Equitis Lusitani de Gotho nostro testimonium, ex Tomo secundo Hispaniæ Illustratæ depromptum: *Is autem Iohannes Magnus Gothus, ait, vir est optimis parentibus & divitibus natus, sacrarum litterarum nō vulgariter peritus, & probitate vitæ spectatissimus.* En testes clarissimos syncerissimosq; gloriam Johannis & Olai Magni asserentes, tuam verò calumniam iniquissimam detegétes; Quæ deniq; in sequenti imposturarum tuarum contextu, in Johannem vituperia impudentissimè cumulas, partim ex Chronologia nuper ædita, Episcoporum, partim progressu operis evadent lectoribus probè manifesta; Proinde jàm ad alteram turmæ partem revertamur, quæ ex hoc prioris conflictu, victoriam neque videtur consecutura; Enimverò si ex ingenio, doctrinâ, virtute, & modestia Johannis Magni, de reliquorum Suecorum Gothorumq;

rumque ingeniis, doctrina, virtutibus & modestia, secundum te, evidens documentum capiandum; Hæc autem præclarissima in Johanne Gotho fuisse, ex memoratis abundè constet testimoniis; Profectò, Spinefontane, infallibili ex te, contra te licebit inferre consequentiâ; Sueticum ingenium non iræ, invidiæ ac livoris plenum vi grassari; Sed modestum doctum & quavis virtute præditum existere: Cui etiam Sueonum justissimæ subscribit causæ, amplissimus vir Johannes Botherus in orbis Amphitheatridio: *Sunt enim ait Sueci moribus simplices, synceriq; ambitione non flagrant, nec stimulantur ab avaritia.* Quibus verò coloribus Danos, idem Botherus in eodem graphicè depingat Amphitheatridio, ex superioribus pagellis est manifestum: Hæc igitur prostrata est, alteram, Spinefontane, submitte turmam.

II. Turma, *Gothorum nomen potiori cōpetit jure Danis, quā Sueonib.* Hæc, Spinefōtane, in tertia velitatiōe omnib. exhausta virib. cohors, ut ægrè jàm ducit animā,

 pedesq;

pedesq; trahat. Nec ratio tua illam prima vel minimùm confirmat, quòd Gothi ex Scania & Gotlandia egressi, quæ ditiones Danicæ sunt hoc tempore jurisdictionis; Siquidem à quarto & quinto paginæ nostræ præludio, illa omninò prostrata: Nec secunda, in qua asseveras, Iuthos esse Gothos eò quòd quæ primũ Gothia, post modùm Guthia, & deindè Juthia per litterarum transmutationem dici cœpta sit, ideoq; parùm esse discriminis inter Gothiam & Iuthiam, quæ etiàm hodiè in borealem & australem dividitur: Hæc, inquam, sententiæ tuæ non patrocinatur, quandoquidem secunda velitatio manifestè ex prisco quodam Daniæ evicit Chronico, à Iuthore illius quodam Principe sic cognominatam; Deindè ridicula est hæc, Spinefontane, Etymologia, ideoq; non immeritò doctissimus vir M. Martinus Helfingus, in quodam opusculo, etiàm contra tuas imposturas olim inchoato, quod morte præoccupatus non absolvit (idq; vidi, sed nè in minimo quidem propter vulgaria nimiùm rationum momenta, in hæc mea Retorsione illud, vel alterius ullum fragmentum imitatus) illam hoc modo cavillatur. *Mirum, quòd non priscam suorum*

Iuthorum

Iuthorum originem potiùs à Iudæis, quorum nomini propter duplicem litteram affinitatem multò propiùs adhuc accederet, quàm à Gothis deducere maluerit: Præsertim, cùm gloriosum nonnihil ipsis Iuthis foret, à tàm sancta progenie prognatos, descendere, atq; ità ipsi Christo quoad carnem, sanguine junctos esse; verùm timuit fortaßis, ne quis propius ipsos noscens, ex iis Iudæis verius prognatos ipsos aliis persuaderet, qui Salvatorem nostrum cruci affixerunt, atq; ità Tito Vespasiano ob id pœnas dignas dederunt, quàm ex sanctis familiis eos originem aliquam trahere. Nec tertia quidquam momenti habet ratio Spinefontane, quâ insulsè admodùm ità ratiocinaris, vel potiùs nugaris: *Si Gothia apud Sueones orientalis & occidentalis, cum Scania, Gotlandia & Iuthia, quæ jurisdictionis sunt Danicæ, conferatur, exigua sanè illarum respectu deprehendetur; Immò verò cùm illà duplex Sueonum Gothia, nunc fœdere, nunc armis, à longo tempore Re-*

gno Daniæ fuerit antea subjecta, insanit Johannes Vbsalensis tribuendo Sueonibus Gothorum titulum ob duplicem Gothiæ ditionem, perquam exiguam. Nequaquàm Spinefontane, sed tu nimiùm insanis, atq; deliras, qui Danis Gothorum titulum ob Scaniæ & Gotlandiæ possessionem, quas ultima & penultima evicit velitatio, iniquissimo jure ab ipsis possideri, contẽdis attribuendum; sicut neq; ob Juthiæ possessionem, cùm illam non habitare Gothos, sed Juthos manifestissimè paulò superius sit comprobatum.

Quarta non minùs ineptiarum profert tua ratio, siquidem ridiculè contendit illa Suecos, teste Cornelio Tacito, bonæ, secundum te, fidei scriptore, quem potiùs quàm Johannem Gothum affirmas te æmulari velle, à Suevis prima suæ originis exordia ducere, ideoq; Gothos nequaquàm censendos, Johannemq; non Gotho ast Suevo patre natum: Sed contrarium verum, mi Spinefontane, cum Suevi à Suecis & Gothis, hodiè etiàm agnoscant & gloriando profiteantur sese oriundos; quos inter est celeberrimus Vir Munsterus, qui Suevus hujusmodi de Suevorum origine & propagatione deponit testimonium:

nium: *Suecia Gothia & Norvegia aliiq; regiones boreales, tantâ olim alimentorum penuriâ premebantur, ut suos indigenas alere non potuerint; Sed illos magnâ multitudine in frugiferas expedire compulsi regiones: Nam indè provenerũt Gothi, Longobardi, Normanni, Cimbri, Suevi, Alani aliiq; quàm plurimi populi; sed nostro tempore abundantiâ rerum omnium superat cunctas propemodùm Europa regiones:* Cui etiàm astipulatur ille vetustissimi Poëtæ Lucani versus: *Fundit ab extremo flavos aquilone Suevos.* In cujus metri explicatione Iohannis Bodini Methodus historica sic loquitur: *Nam Suevia vetus, & mare Suevicum, ad quinquagesimum gradum pertinet, ultra quam nihil terrarum esse arbitrantur:* Et paululum infra: *Nam quib. pili rubescunt in Britan: & Germania, hos ajunt incolæ, ut ab illis accepi, à Danis & Norvegis, qui finitimas regiones occuparunt originẽ traxisse ab iisq; sibi diligẽter cavẽt.* Sed audi etiã, Spinesõsane mentẽ Bodini de Cor: Tac: cujus authoritate suffultus tãtopere triumphas:

In præfatione Cosmographiæ.

Budæus acerbè, Tacitum scriptorum omnium sceleratißimum, Tertulianus mēdacißimum, Orosius adulatorē appellant. Hic Spinefontano probæ fidei censetur historicus; hunc mavult sectari, quàm Iohannem Gothum, aut Crancium (nimirùm similis simili gaudet, sceleratus scelerati, mendax mendacis, adulator adulatoris, delectatur plerumq; consortio) & hoc assertore contendit, Sueones à Suevis prognatos & Iohannem Gothum Suevo patre genitum; Sed efficaciore ratione Martinus Helsingus paulo ante Iudeo patre te satum, Spinefontane, comprobavit.

Quinta ratio; *Quòd cum celeberrimus Poeta Mantuanus in carmine gratulatorio, & Augustinus Dathùs in oratione Panegyrica, quibus Christiernum I. ex urbe redeuntem, ubi votivæ peregrinationis ergò constitutus fuerat, honorifi cè exceperint Senis & Mantuæ, tribuerent Regi Christierno Gothorum titulū, Ideò Sueones illum Danis immeritò subtrahere; Præsertim cùm neq; ex antiquissima, neq; ex media poßint vetustate Sueones, hujusmodi comprobare testimoniis,* se

se tanto potiri jure Gothorũ titulo, quanto hactenùs Dani suam, Gothorum nomine fruendi, jurisdictionem demonstrarunt vigore; Præterquàm ex Saxone, cujus scripta si non extarent, nè nomenclaturã Gothiæ gentis Sueones hodiè tenerent, multò minùs initium, aut finem scribendæ suæ historiæ invenirent.

Sed neq; postrema hæc ratio tua, Spiuefontane, quam ex insano tuo arbitraris cerebello firmissimam, & velut apodicticam, vel exiguâ saltem veritatis similitudine convincit, Danos Gothorum frui potiore jure, quàm Sueones titulo: Quandoquidem Augustinus Datus & Mantuanus, Christierno I. non ut Danorum, sed ut Suecorum Regi, illam Gothorum gloriosissimam attribuerint nomenclaturam; cùm probè cognovissent, eum jurisdictione in Sueones plurimum adhuc gloriari, & passim insignia titulumq; Suecorum, præter jus & æquum usurpare; quibus longo ante tempore fuerat meritissimè spoliatus; Aliàs profectò neq; Datus, neq; Mãtuanus, viri undequaq; doctissimi & syncerissimi, aures Christierni illo non titillassent gloriæ Suecanæ Popysmate, utpotè

à quibus adulandi consuetudo fuerit oppidò semper aliena, & quos nequaquàm latuerit, quænam septentrionalis justissima de caussa Gothorum frueretur titulis natio: Cùm nemo transalpinorum scriptorum, originem Gothorum veraciter investigantium, Sueonibus illam subduxerit hactenùs prærogativam: Ac proindè Christierno honoris illud amplissimum attributum à Senensibus & Mantuanis documentum, Sueonibus acceptum est referendum; Qui non frivolis & vanissimis, qualibus Spinefontanus, sed antiquissimis & certissimis, fortissimisq; hactenùs vicerunt rationum momentis, ex vetustissima & media ultimaq; syncerè petitis ætate, se germinos esse Gothos, & Gothorum gloriæ, insignium nominisq; participes, hæroes legitimos & naturales. Neq; Sueones, ad hanc decoris Gothici prærogativam, sibi justissimo titulo vindicandam, mendacissimi indigent Saxonis Danici suffragio; Quippe cùm non solùm priusquàm Saxo, fabularum non historiarum commentor, vitæ usurâ donaretur; verum etiàm multis seculorum periodis antequàm Regni Danici contigit quæpiam primitus in habitatio, Gothicâ gavisi appel-

appellatione, & rerum à se gestarum veraci sunt historiâ potiti, prout superiores ingenuè fatentur hujus libelli paginæ. Pudeat itaq; te hujus impudentiæ, & imposturæ, adversus nationem Sueonum, Spinefontane, si quispiam pudori in pectore tuo amplius est locus relictus, quem exiguum, aut sanè nullũ ullibi in toto existere tuo arbitror corpore, adeò intimas corporis & animi tui fibras impudentia, mendacium, & dolus penetrarunt, occuparuntq; !

CAPUT XVIII.

III. Quoq; tuorum cataphractorũ turma, subclaudo approperat Sueonibus obviàm poplite, in qua nonnullis Suecorum & Gothorum Regibus atq; Gubernatoribus immanes scelerum nævos appingis; Quorum quidem nonnullos, culpæ non subducunt Sueonum Chronographi, utpotè homines, & cõditionis humanæ subjectos fragilitati; Id tamen constanti & unanimi pernegant testimonio universi, tot in Catalogo Regũ Sueciorum deprehẽdi Reges, tãtis scelerũ põderib. cumulatos, quot & quãtis Reges quidã Danorũ obnoxij veraciter à Danicis scriptorib.

passim

passim perhibentur; Atq; etiàm summoperè admirantur omnes, quà indigenę, quà etiàm alienigenæ rerum Suecicarũ gnari, quòd religiosissimo Principi Magno Ladulas, non erubescas criminis notam affingere, propter captivatum fratrem & Majestatis regię fastigio deturbatum qui suasu atq; impulsu nefario conjugis Danicæ, nullam juris & justiciæ, vel fraterni amoris rationem duxit habendam; undè tandem in gravissimam sceleris perpetrationem cum Iutha consortis suæ germana, non minus turpiter quam graviter prolapsus est, testimonio D. Erici Ubsalensis.

Vnde statim, ait, *post patris funera, dissensio inter fratres est orta; Accessit ad hæc Reginæ superbia, quæ fratres regis cæpit habere contemptui, quos in conversatione & colloquio sic despexit, ut rarò unum ex eis charitatis signum aliquod ostenderet, & quidquid illi apud eam egerunt, sibi displicere monstravit; undè & ipsum Ducem Magnum, cùm esset homo niger & macer, cacaborum interpolatorem appellare consuevit; Fratrem verò illius Ericum, ineptum & insulsum contemptim*

Google

temptim atq; scurriliter nominavit: Hæc autem cognominum sive agnominum impositio, majoris odij & rumoris seminarium ministrabat; Ad Regis autem miseriam & opprobrium nimis magnũ Regniq; desolationem & damnum, Diabolus hæc congeßit, quòd socer suus Ericus Rex Daciæ, à fratre suo Abel, ut supra narratum, occisus, reliquit post se duas filias virgines, Iutham & Agnetam; Hæc Iutha instinctu diabolico, languere cæpit ardore & desiderio videndi sororem suam Sophiam Reginam Suecorum, Et post paululũ: Venit igitur illa in Regnum Sueciæ, & tandem ad regale palatium, velut, si unus Angelorum de Cœlo descendisset in terras; cæpit autem Rex cum illa nimis familiariter & socialiter conversari, & quotidianis aspectibus atq; sermonib. eum blanditiis & applausibus delectatus, diabolo instigante ad illicita incitari, undè & ex ea dicitur incestuosam sobolem suscepisse. Quid igitur mirum, Spinefontane, quòd illustrisimi Principes hoc Danico provo-

provocati fastu, & amarulentis fœminæ procacissimæ sarcasmis, sicut etiàm fratris erga se alienationem, indignationem, odium & injuriam sæpenumerò præter meritum experti; ac deniq; totius Regni clamore ob facinus illud turpissimum à Rege perpetratum commoti, arma quantociùs sumpserint, cōtemptum vindicaverint, injuriam compensaverint, & Regem per fidissimæ uxoris consilio, neq; verbis, neq; litteris respondentem, unanimi cunctorū ordinum assensu diademate Suecico exuerint? in cujus extemplo locum Dux Magnus, eorundem liberrimo & alacri provectus est suffragio; quo dignitatis fastigio, illud ab universis Regni ordinibus promeruit encomium, quod etiàm hodiè in memoria & deprædicatione viget seræ, atq; meritò gratæ posteritatis, futilem Spinefontani obtrectationem prodens, & in authorem retorquens mendacem: Atque hujus non nulla encomij, idem Ericus injicit mentionem, obitum Magni Regis commemorando gloriosum: *Sicq; sumptis*, inquit, *Sacramentis, spiritum tradidit Creatori, lacrymantibus & qui aderant, & qui longè positi audiverunt; Erat enim*

enim incolis Regni pauperibus, saltem & his, qui pacificè vivere voluerunt, protector, & fidelissimus conservator. Nihil autem aliud, Spinefontane, te impulit ad hanc Regi Magno calumniam immerenti struendam, quàm quòd Sophiam Danicam mulierem sceleratissimam, diademate Sueonum unà cum Marito jure spoliaverit.

Nec minùs etiàm, Spinefontane, tua in Stenonem Sture seniorem directa nullo jure calumnia, quoslibet rectè de ipsius sentientes regimine mortales, indignatione afficit; potissimùm verò eos, quibus illud Crancij de Stenone Sture, Regni Suecici gubernatore æquissimo, non ignotum est testimonium: *At, quem gubernatorem, ait, deputavêre Regni, eâ fuit modestiâ, ut diu populus Regem non desideraret.* Et capite sequenti: *Pertæsum est aliquandò nonnullos ex proceribus, quòd gubernatori, etsi integerrimo ad illum diem viro, tamen omnibus natu & origine pari, subesse cogerentur.* lib. 5. c. 42.

Quâ

Quâ igitur fronte asseveras, Spinefontane, plus fraudis in ipso, quam in Jugurta Numidarum Rege extitisse? propterea dubio procul eò impudentiæ descendisti, quòd Steno patriæ suæ amantissimus, tyrannidé Danorum ab illius depulerit cervicibus; Christiernum & Johannem Reges neque juramentis, pactis, aut diplomatibus satisfacientes, prout abunde velitatio quarta confirmat, ex Suetico deturbaverit majestatis solio, & Danicas ex Regno Gothico Harpijas, indigenarum opes inexplebili obligurientes ingluvie, æquissimè depulerit: Quo prælargo & præpingui admodū bolo, Dani à Stenone quondā spoliati, hodiè etiam adversus Stenonem indignātur, in omnibus suis historiolis, illud diploma excommunicationis, à Pontifice Romano, & mandatum ab Imperatore perperam informato, adversus Stenonem lata ingeminando, & absq; verecundia ac veritate exaggerando; Qandoquidem id perquàm solenne Danis identidem fuerit, ut, cùm Marte Sueonibus prævalere non potuerint, artè hujusmodi continuò sint usi, nūc Norvegos, nunc Lubecenses, subinde Megapolenses, aliquando Cæsarem, & nonnunquam Archiflaminē latinum, perversâ infor-

Informatione prævia, in suas partes malitiosè pertrahendo; vel etiàm civiles in Regno discordias commovendo, aliquib. Sueonum Magnatibus ad sua castra pertractis, ut si impertertita Sueonum natio Danici Mavortis non metuens acinacem, aut Imperatoris horrens proscriptionem, saltem gladium & fulmẽ Romanum formidans, servituti submitteret Danicæ cervicẽ: Quãquàm Danorũ voto admodùm infrequens respondit eventus, Sueonib. suâ justissimâ fretis causâ, & pro patriæ libertate, à tyrãnide Danorum vindicandâ, sine formidine hujusmodi umbratili concepta, strenuè dimicantibus: Deindè impudenter admodũ agunt Dani, quòd illius Imperatorij diplomatis vigorem, hodiè etiàm adversus Stenonem & Sueones exaggerent, ac illius ipsos executioni alligent; Siquidem dato, non concesso, illud olim diploma Sueones obligasse Johanni Regi, & illos culpæ nonnihil affines extitisse, quòd illius nõ mandaverint protinùs vigorem observationi; Attamen cùm Sueones illius filium Christiernum II ad Regni solium, eâ postmodum conditione admiserint Suecanum, ab illo efficacissimis super hac re litteris & obligationib. acceptis, quòd si quid à Sueoni-

bus adversus Johannem, aut ipsum Christiernum esset fortè delictum, illud benevolâ quadam condonatione, absq; commemoratione in deteriorem partem, foret in perpetuum universis condonatũ, teste Hvitfeldio in Historia Christierni. *Promißis vicißim atq; litteris se Rex obligavit, quòd universi forent excessus condonati, ità ut omnis offensio, sivè antiqua sivè nova, & ex quacunq; tandẽ caussa contigisset, esset penitùs remissa, & in perpetuum plenè reconciliata, gratioso Regis affectu erga omnes substituto*: Et paginâ sequenti: *Similiter Rex permisit nobis, quævis detrimenta, quæ tempore hujus diuturni belli tã sub regimine Christierni I. quam Iohannis & nunc suæ majestatis, rapinis, incendiis, captivationibus & quibuscunq; tandem modis terra aut mari, extra vel intra Regnum contigerunt esse omninò in perpetuum condonata*. Sub quo verborum tenore, etiàm illud diploma comprehensum imperiale, liquidum manifestissimè evadit; Atq; Christiernus II. nè in minimo quidem articulo, his tàm firmis steterit deinceps promissis, velut, prô dolor, ex immanissima illa tyrannide, quam triduo post suæ coronationis sollennitatem, in præcipuos Regni viros crudelissimè & iniquissimè exercuit, manifestum est; Sed nulla prorsus à Sueonibus

pag. 133.

nibus ipsi porrectâ ansâ, sceleratissimè sit illa protinus prævaricatus, nemo sanè mẽtis integræ, & candidus rerum cẽsor, postmodum jure poterat, aut nunc potest asseverare, Sueones ampliùs illo trium Regno rum fœdere, vel aliis deinceps obligatiõib. Danorum Regib. præstitis, aut sententiâ senatorum Danicorum, & Norvegicorũ, Calmarniæ contra Sueones latâ, aut diplomate ab imperatore dato, vel deniq; præmissis Christierno tyranno, & illius filiis ac posteritati factis quicquam obligari, aut implicari; verùm prorsùs à Danorũ jugo intolerabili, præter omnẽ controversiæ apud synceros hujus rei æstimatores remanentẽ suspicionem, Suecanam esse liberatã absq; perjurij & læsæ majestatis crimine Rempubl. universam: Enimverò potiori jure licuit Sueonibus Christiernum repudiare tyrannum: quam Danis, & quod Danis minori de caussa integrum, quidni Sueonibus majori de ratione permissum? Atque Christiernus sub conditione omnis offensionis ad Sueciæ thronum admissus, neque ille, neque ullus Danorum Regum, posteà aliquos Sueonum excessus punire poterat ante pactum hoc commissos; illoque à pollicitationibus

fine legitima caussa plurimùm exorbitante, se & suos successores omni in Suecos & Gothos meritò spoliavit jurisdictione. Ac proinde imprudentiam hac ex parte Danorum demiror, quòd in re manifestissima, adeò se fingunt cæcutire, existimando ex sententia Spinefontani impudétissima, Sueones usq; eò obtusi sensus existere, ut non animadvertant, quorsùm hęc illorum in meridie, apertis oculis instituta vergat palpitatio; videant, vident inquàm, atq; sentiunt eò potissimum illam declinatam ut denuò nobilissimæ potentissimæq; Suecorum Gothorumq; genti capistrum injiciant servituris; Atq; simul etiàm, Dei præpotentis auxilio, unanimi robore & concordiâ causâq; æquissimâ freti firmiter statuunt. Danos nunquàm voti compotes evasuros. Deniq; cùm illâ inter cæteras fuerit fœdus sancitum conditione. ut neutrũ horum trium Regnorũ, alteri dominaretur, vel ullam in alterũ prærogativam sibi vendicaret; sed æquali authoritate, potestate, & dignitate cõditioneq; quodlibet ratione cujuslibet potiretur, sub unius Regis gubernatione & protectione; contra fœderis conditionem graviter deliquit, sanè Dania, quòd identidem illa, velut reliquorum Domina,

mina, Sueciam & Norvegiam in obedientia per fas & nefas continere, non absque discrimine & grandib. conata sit hactenus impensis: Suecia autem & Norvegia, nè per somnum quidem fuerint sollicitæ, quo pacto Daniam sibi unitam conservarent, continuò ab illius societate ad libertatem pristinam aspirantes; undè profectò nõ obscurâ licet colligere opinione, Daniam ex Sueoniæ & Norvegiæ adunatione, permagnis cumulatam emolumẽtis; Sueciam verò & Norvegiam detrimentis inde plurimis oppressam & exinanitam, prout hodiè Norvegia afflictissima universo orbi est documento.

IV. Verò equitatus tui militaris turma, eo fastu in arenam, te antesignano, adducitur, ut appositè admodum ille principis poëtarum Maronis versiculus de illa jactetur: *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.* Quippè in ipsa animosè cõtendis: *Danos non pugnare dolo, ut liquet ex prælijs inter Margaretam & Albertum, Ericũ & Engelbertum, Christianum & Carolum sub Vesbij, Iohannem & Dalecarlos ad Pontem Rotensem; Christiernum II. & Stenonem Iuniorem circa Bogesund, & Vbsaliæ die Parasceves commissis; Sed Suecos dolo bella gerere, qui à fœdere desciverũt,*

& Christierno expulso, Carolum receperunt, imò ab illis etiàm velut à gente factiosa, insidiis & incantamentis; quandò sub Stocholmia Christierno I. dentes duo sagittâ, seu ut alij volũt, telo directò in os Regis delato ab illis excussi sunt; à Danis verò virtute & ferro ibi pugnatũ. Verùm profectò nõ minùs appositè illũ vicissim huic occino Pompæ versiculum: *Spectatum admissi, risum teneatis amici*; Quis enim, Spinefontane, vel mediocriter Sueciæ & Danicæ gnarus historiæ, hanc tuam quidvis pro arbitrio turpiter cominiscendi levitatem, clamosis non excepturus cachinnis? cùm meridiano clariùs cõstet sole ex chronicis, quà Suecorum, quà Danorum, Margaretã Daniæ Reginam victoriâ de Alberto Sueonũ Rege nunquàm fuisse potitam, nisi per usitatam Danis fraudẽ, seditione inter Suecorum proceres commotâ præcipuos illorum in suas imprimis partes pertraxisset; Et deindè lectissimas Regis copias pugnæ alacriter classicum canentes, dolo quodam in voragines & palustrem invitasset molliciem; Pari quoq; astutiâ & fraude, Ericus Pomeranus cum Engelberto bellum gesserat; Etenim Ericus animadvertens Engelbertum numero & virib. longè superiorẽ potentioremq;, cum illo sub Stocholmia non

non ausus est decertare ad dolosas conversus inducias, & transactiones, quib cũ Sueciæ regnum ex manibus Engelberti recuperasset, pactis nequaquàm stetit, proue Huitfeldius attestatur: *Sed quamprimùm Rex liberam nactus Regni possessionem, quibus placuit arcium custodiam demandavit, nihil prorsùs attendens promißionib. factis; ideò Regni senatores X. in Daniam protinùs ablegarunt viros, qui Regem promißi admonerent observandi: verùm brevi responso, ludibrio & irrisione sunt indè expediti.* Qui etiàm aliquot antè paginis hoc modo illud ipsum confitetur. *Neq; dubium est ullum, quòd illa violentia & injuria, quæ in Regno indigenis irrogabantur, & longo prius tëpore irrogata fuerunt, partim sub Regis Alberti, partim Margaretæ, & hujus regimine, caussam prabuerint rusticis, ad demoliendas tot arcium munitiones.* Quib. etiàm suffragatur Indigena, nempè Ericus Ubsalensis. *Erat prima & tota instantia Suecorum, ut permitterentur in libertate sua, & juxta leges patriæ antiquas, & approbatas, uti bonis suis; Et quòd deputarentur, qui Regnicolis justitiam administrarent, juxtà quod Rex juraverat tempore consecrationis suæ: Rex autem cui ista gravia erant ad audiendum, multa gerebat diverticula & anfractus. Erat n. intentio sua, auferre à Regno nomen Regni, & eo*

pag. 552.

pag. 529.

uti juxta libitum suæ voluntatis, reputans nullos esse debere consiliarios hujus miserabilis regionis: & paulo infra: *Rogant insuper ut duos eis officiales, Regno omninò necessarios deputaret, Dapiferum & Marscalcum, nè Regnum staret sine justitia & ordine convivendi: Tunc inimicè & ludibricè instituit Dn. Christiernum Nicolai Dapiferum, dans ei gladium quasi puero, & Carolum Canuti fecit Marscalcum, dans ei baculum albũ, cum dictum ei fuisset, qui Marschalcus esset, per annulum aureum præcedentem in baculo creandus atq; instituendus, ut essent quasi principes in ludo Schaccorum.* Eodem quoq; usus dolo Ericus sub urbe Visbycensi, adversus Regem Carolum, Huitfeldio affirmante in Chronico Christiani I. *Noctu Diva Barbara civitatem Suecones occuparunt, ei nisi dolosis Regis inductis sese in fraudem pertrahi permisissent, non multò post arcem etiam occupare potuissent.* Hac
pag. 13.
vero arctissimâ à Sueonib. cinctus obsidione Ericus clàm nuncio ad Christiernũ Daniæ Regem expedito, auxilium implorat; qui actutùm adveniens, dolóne an virtute pugnaverit, veraciter D Ericus manifestat: *Tunc, Domicellus Christiernus in Regem Danorũ assumptus, & Regni administrationem adeptus, de toto Regno Daciæ collegit exercitum: Sed & de Holsatia & Alemannia stipendiarios multos assum-*

assumpsit, & cum classe ducentarum navium, ut famabatur, ad acquirendam Gotlandiam navigavit: præmisit a. quendam Olaum Axelij militẽ, ut Suecos qui nomine Regis Caroli civitatem & Gotlandiam occupant, modis & mediis quib. posset, circũveniret, tolleret, deciperet, aut Regi Christierno inclinaret: Qui jussa Regis sui humiliter executus, applicuit in portum, & locũ Vestergarn dictum, illic vocans ad colloquium sui quosdam Principaliores de gente Regis Caroli, quorum unus, & præcipuus erat Magnus Gren, qui cum præfato Olao Axelij ità dicitur convenisse, ut Daci castrum pacificè retinerent; Sueci verò civitatem & terram: Tunc præfatus Olaus Axelij, cum toto exercitu quem ducebat, applicuit in portum civitatis, & usq; ad muros castri, & omnia quæcunq; voluit de navib. fecit apportari in castrum; Deinde omnes munitiones quãs fecerunt Sueci ante castrum, & quæ erãt præsidio civitati, fecit effringi & totaliter auferri, dicẽs nihil opus esse talib. cùm omnia essent pacificè concordata, Magnoq; Gren idipsum affirmante & approbante: His peractis præfatus Olaus Axelij nuncios direxit ad Regem Christiernum, ut cum classe & exercitu suo navali securè procederet, & usq; ad castri latera applicaret: venit ergò festinus, & intravit securus, omnisq; exercitus ejus prosilit in terram armatus; quo viso Sueci miserabiliter circumvẽti, ad

ti, ad Regem Christiernum nuncios direxerunt, interrogaturos utrumne servare vellet, quod per Olaum Axelij, cum eis tractatum fuerat & promissum; At ille respondit se velle servare, vix ille verba finivit & Daci in omnem angulum, ubi commodè potuerunt ignem subjiciunt: Sueci verò concurrentes, domos aliquas civitatis elegerunt, in quas defensionis gratiâ se receperunt, de quib. tantum in Dacos fecerunt insultum, ut circiter DC. indè occiderent stipendiarios, & alios in plateis; videntes igitur Daci Suecos se viriliter & animosè defendere, nec posse sine magna strage & ruina suorum erui à domibus occupatis, ceperunt cum eis tractare de pace & treugis inter Regna constituendis, ab eo die usq; ad festum Apostolorũ Philippi & Iacobi. Acta sunt hæc in profesto S. Olai, anno Domini M. CD. X L I X. Sic amissâ Gotlandiâ, Sueci in patriã sunt reversi. En, Spinefontane, quâ virtute Dani majores tui Gotlandiâ sunt potiti; Atq; hunc verborũ contextum prolixiùs aliquantulùm adducendum censui, ut omnib. toto orbe terrarum liquidum evadat mortalib. non solùm admirando Danos sub Visbij pugnasse cũ Sueonib. dolo; Sed etiã ut manifestius universis fiat Monarchis, quo jure Dani Gotlandiam Sueonib. subductam hodie possideant, & quàm syncero negocientur identidem cum Suecis Gothisq; animo. CAP.

CAPUT XIX.

SEd jàm turmæ partem residuam collustremus, nimirum quo Marte Johannes Rex, ad pontem pugnavit Rotensem cum Dalecarlis; Atq; dolo similiter illic à Danis cum Sueonib. dimicatum, inde non obscurè liquet, quòd Dani in ipso crepusculo, cũ necdùm noctis depulsæ caligines, Dalecar lorũ castra ex improviso sint aggressi, quãdò in ipsis potior pars somno occupata fuit, corpore vestib nudato, ità ut arma derepentè corripientes Sueones, nuda hostium ictib. pectora obtulerint ferienda, non tamen absq; detrimento hostib. illato, etiàm Spinefontano judice. *Discussis*, inquit, *tenebris noctis, postquàm rara & incerta lumina spargere aurora caperat, ab iis quos speculatum emiserat, intelligit nõ procul abesse hostes:* Et mox: *Stat ad primum impetum nostrorum plebs Suetica ut marpasia cautes immobilis, ac fortitur in se ruentes hostes repellit, non minora primo impetu hosti adferens, quàm accipiens incommoda:* Et deniq; : *quod si equitatu pretectà agrestium manum, fessis respiratio data fuisset, sunt qui victoriã omninò incertam futuram affirmant.* Non larga proindè triumphandi ansam, aut Sueonib. insultandi hinc captare poteris, Spinefontane; Sicut neq; ex prælio circa Brendekyrkia

folio 26.

pag. 89.

kia celebrato, ubi teste Huitfeldio, Dani tui viribus Sueonum mavortiis ad internecionem sunt deleti, ut manifestè hinc constet, Danos præ trepidatione in hoc conflictu fraudum oblitos, aut non satis temporis, aut opportunitatis habuisse, ad illarum machinationem convenientem, aliàs fortè victoriâ potiri; Ideoq; postmodùm cum Sueonib. Bogsundensi pugnâ conflicturi, illarum probè memores esse rebantur oportere; unde obvenit Danis victoria; cùm operâ nostratium, attestante Huitfeldio, Danorum fraude seductorum, dolosè per avios sylvarum recessus trans imméfas arborum strues ducti, nostras à tergo adorirentur copias: Idipsum de conflictu quoq; Ubsaliæ cum Danis habito die parasceves meritò affirmandũ; siquidem Gustavi Ubsalensis Archiepiscopi, Danorum castra sectantis perfidiæ atq; fraudulentiæ illã Dani victoriam referre coguntur acceptam, prout M. Laurentij Nericij Chronicon asseverat.

pag. 122.

Verùm Spinefontane, quòd Sueones dolis bella gerere ob defectionem à fœdere, & expulso Christierno, Caroli revocationem afferas, pro consuetudine tua solenni, nempè mentiendi licentia & impuden-

tia illud facit: Quandoquidem paginis à me priorib. Suecones justissimis de caussis ab illo descivisse perniciosissimo fœdere, velut etiam Christierno I. obædientiam omnem renunciasse. Evidentissimè commõstratum: Deindè quòd Suecones incantationis insimules, ob dentes Christierni sagittâ ab ipsis excussos mentis tuę deliria insaniamq; prodis; quasi verò telum in os Regis, cominus cũ hostib. acerrimè dimicantis, deferri non posset, absq; incantamẽtis? Atq; regium, non æquè vulnerib. in conflictu foret expositum corpus, ac alicujus infimi ordinis commilitonum? Aut certè insuetum esset in hujusmodi copiarũ decertationib. Ducem vulnerib. sterni absq; veneficiis? Aliàs sanè Danos eodem jure artis magicæ reos statuam, ob vulneratum lethaliter Stenonem Sture in prælio Bogesundensi. Sed illud commentum ideo à te, tuisq; adinventum, ut fortitudini Suecorum deroges justos honores. & contendas Danos velut semideos vulneribus impeti nequaquã posse, undè vel homines ipsos esse denegabis, vel illam à cacodæmone consequutos fateberis immunitatem; ac ità Danos ex sua metiri Suecones malitia, cũ qualis quisq; est, talem facilè alterũ suspicetur:
Receptui

Receptui deniq; canens, adfirmas virtute & ferro illic à Danis pugnatum; Ac si Suecones tàm insignem splendidamq; de Danis victoriam baculis obtinuissent; Et proindè plus dedecoris, quàm honoris concilias Danis tuis, quòd cùm virtute & ferro tantâ strenuitate decertaverint turpiter nihilominùs victi profugerint; Quanquàm putem etiàm ferro præpilatam extitisse sagittam, quâ dentibus regiis tanta ruina conciliata, ideoque Suecones quoque ferro dimicasse; Præcipuè verò cùm plurimi scriptorum in ea sint opinione, præ ferrato Regem Christiernum malleo illud retulisse dentifragium, quod mihi verisimile videtur; Etenim si plumbea glans vel præpilata in os regium sagitta fuisset, quo solent impetu delata, utique ipsum penetrantia collum, Regem vitæ munere privassent: Quod tamen non evenisse constat, nisi telum incantamentis vibratum, eodem sit artificio à Rege delusum, quo consuevit pacto, ars deludier arte; Atque itá Regem veneficij reum, prout Suecones, Spinefontane, pronunciabis, quam committo litem Malleo maleficarum decidendam; Tibi autem hanc, quod absurdum nimis videatur, Suecones

per

per insidias cum Rege Christierno, ex tuâ sententiâ, decertasse, cui dentium evulsio in faciem contigit; Quandoquidem occipiti non sincipiti inflicta vulneratio, rectè supputantium calculo, existimetur semper insidiosa, nisi secus ex tuo sinistro sit loquendum ingenio, & vitium nomine virtutis venditandum, quod Sueonum candori nunquàm es persuasurus.

V. Lento sed grallatorio tua accedit turma gradu, proclamans *Danos cum Sueonib. Malmogiæ Anno M. D. XII. convenisse, ut donec Sueci sese adjungerent unioni, darent annuatim Regi Daniæ XIII. Holmensium marcarum millia, propterea ab illo tempore, usq; ad annum M. D. LX. quo ista commentus es, transivisse annos XLVIII. & summam quam Sueones interim Danis persolvere tenerentur, esse Sexies centena viginti quatuor millia marcarum Holmensium, eaq; Sueonũ Chronographos ideò occultare, ut suadeant imperitis, Danos nullũ jus habere in Sueoniã.* Quàm itaq; insignis, Spinefontane calculator es, præsertim in supputandis Danorũ apud Sueones, non vice versâ, Sueonum apud Danos nominibus; undè tua deserviret apprimè industria officio scribæ expensorum non acceptorum, cùm bellè rationẽ teneas, nationis tuæ caussam provehendi, minùs

minùs autem partis adverſæ conditionem legitimè manifeſtandi ſcias: Enimverò tu quidem ſexies centena & viginti quatuor millia Holmenſium marcarum Sueones ad perſolvendum Danis adfirmas obligatos; Aſt Sueonum in contrarium rationes tacitus pertranſis, quarum robore illi ſuffulti, nè obulum quidem Danis numerare tenentur, multò minus tot marcarum millia, in Abaco fallaciter tuo ſubducta. Quandoquidem illa transactio, cum Danis nō Malmogiæ ſed Hafniæ, neq; anno M. D XII. verum M D. IX die Veneris poſt aſſumptionis Mariæ ſolennitatem inita hac proceſſerit ratione: Expeditus Otto Epiſcopus Aroſienſis, non univerſorum Regni ordinum conſenſu, ſed quorundam tantummodo magnatum, Danos conſanguinitate & affinitate attingentium (eorumq; ea propter in Suecia regimē ſitientium, quorum operâ Dani in perniciem reliquorum Suecorum ſemper utebantur) Hafniam, cum Rege de pacis adminiculis conſultatum: Hanc verò reliqui ſtatus Suecici ſe ratione nullâ ratam habituros transactionem adfirmarunt, niſi firmiſſimo ſe Dani obligarent vigore, quòd quàmprimum illa foret pecuniæ ſumma, proximo Iohannis Bapti-
ſtæ

stæ festo numerata, mox Regni Suecici præcipuas resignaturi forent munitiones, Calmarnensem & Borcholmensem: verùm legati Hafniam venientes, Regi pecuniam spoponderunt, conditionis præmittendæ omissa assecuratione; Quocircà Sueones dolis se Danorum & quorundam Suecicorum circumventos probè animadvertentes, ac insuper Regem Johannem cum hæreditario Suecorum hoste Moscho, in detrimentum Suecorum fœdus fraternũ inivisse, cognoscentes, indictis eodẽ anno frequẽtissimis omnium ordinum Comitiis Aresiç, & unanimi cunctorum suffragio Illustriss. Dn. Suantone Sture in Regni gubernatorẽ subrogato, Regi Johanni prorsùs omnẽ fidelitatem renunciarunt; prout singula ipsius Huitfeldij evadũt manifesta testimonio, & imprimis quòd Otto Episcopus non omnium susceperit ordinum consensu illã legationem in Daniam: *Dominus Suanto, inquit, cum aliis quibusdam de collegio senatorũ, Lubecensib. per litteras denunciavit, illam confœderationem Hafniæ inter Sueones & Danos institutam, quorundam duntaxat Episcoporum & aliquorum senatorũ Danis faventium, non omnium ordinũ mandato esse procuratam.* pag. 263. Deindè quãtum ad residua bina rationum momenta,
N sunt

ſunt illa evidenter in diplomate Sueonum renunciatorio Aroſiæ dato;& à Huitfeldio quinis poſt paginis recitato comprehenſa hoc pacto: *Et quandoquidem non ſimus aſſecurati, & neq; noſtris, quantū nos cognovimus, pro-*
pag. 268. *miſſum ſit legatis Borcholmenſem & Calmarnenſem munitiones ſine impedimento protinùs, ubi illa pecuniariū ſumma fuerit numerata, regno Sueciæ reſtituendas, quemadmodùm legatis erat demandatum, neq; ullo modo ſecùs aliquod homagij deponerent vel agnitionis ſignum, aut pecuniam promitterent, aut deniq; Regni poſſeßiones externis Dominis, hoſtib. noſtris manifeſtis addicerent, non aliter quàm nunc factum, aſſecurati; Et potiſſimùm cum Rex Iohannes ex ſua multos jā trāſgreſſus ſit articulos parte: His de cauſßis, aliisq; nō minoris momenti pluribus, regni Suecici commodum concernentib. tranſactioni inter Regē Iohannem & noſtros in proximo convētu legatos facta, nequaquàm fidere audemus:* Atq; ſequēti paginā. *Præ oculis eſt, quòd totius Regni communitas renuerit, & erectis manibus Regi Iohanni, & illius hæredib. penitùs renunciaverint, neq; conſentire velit, ut regnum aliquam pecuniarū ſummā in ſignum agnitionis & ſubjectionis exponat, exiſtimans prout in veritate etiā eſt, in grande Suecorum dedecus hujuſmodi penſionem vergere, ubi illa Chriſtianis innoteſceret principibus: præcipuè cùm*

cùm Rex Iohannes omni qua possibile adhuc dolo conetur, illos tyrannos gentiles & schismaticos Ruthenos, suos fratres conjuratos, prout anteà molitus est, iterùm regno & Christianitati obtrudere, in eumq; finem apud Magnum Ducem Moschoviæ annuatim habeat suum fecialem M. David, pessima queq; huic regno afflictissimo & Christianitati molientem, ità ut à Moschorum irruptionib. nunquàm securi esse possimus: Deniq; si tanto Sueones Danorũ ære fuissent implicati, illo sanè Suecos liberasset transactio, quæ duodecim exindè annis inter Christiernum Iohannis filium, & Sueones Stocholmiæ instituta, cùm ipsa fuerit eâ conditione sancita, ut finẽ quibuslibet reb. inter Suecos & Danos controversis prorsus imponeret, velut paulò antè tibi Spinefótane commonstratum est; Atq; cùm illã ex propria Christiernus transgressus sit malitia, præter omnẽ Suecorum culpam, ut Huitfeldius in ipsius frequẽter confirmat Chronico, Sueones non solùm ab illa sunt immunes redditi pensione, si quã unquã Danis numerare fuissent obligati; Verùm etiã ab omni, quam Dani in Sueciam sibi nullo jure vendicarũt hactenùs jurisdictionem, ità ut non ampliùs, mi Spinefontane, opus sit tantum suscipere molestiarum, in sup- pag. 270.

putatione hujus summæ argenteæ, utpotè cùm ex illa tantùm non remanserit, quantū vel calculis, vel gypso supputationibus necessario sufficiat tibi comparando, unico duntaxat obulo exceptó, quem in preciū carbonis emendi, ad designationem hujus mendacissimæ paginæ necessarij convertemus; Cujus etiàm usus nobis futurus, in adnotatione illius amplissimæ jurisdictionis, quàm Dani in Sueciam hodierna possident tempestate, cujus apud imperitiores occultandæ gratiâ, illam Sueonum Chronographi, immensam argenti summam altissimâ pertransseunt taciturnitate; verū facesse cum tuis, hominum impudentissime, calumniis & sextam produc sodes turmā imposturarum: CAP. XX.

Quid itaq; blateras? *An in Dania omnib. vulgò persuasum est, Sueciam apertissimum hominum sceleratorum asylum existere, quòd nemo tanti in Dania sceleris reus, quin si in Sueciā pervenerit sibi impunitatē promittat?* Rem acū profectò tetigisti, nimirùm mendaciū mēdació cumulas, & Sueciæ conditionem ex impietate & iniquitate metiris Daniæ, quæ fortè velut sceleratorum sentina & confluges toto propemodū orbe traducitur, eoq; videtur dignitatis titulo trecentis ab hinc annis

annis gavisa, quemadmodum Rhytmi quidam pervetusti, illo concinnati tempore, & à Huitfeldio adnotati his verborum lineamentis, testantur: *Iam non laudes, sed heu fraudes regnāt in te Dania; Sed nec gaudes, neq; audes pugnare pro patria; diligis mendaciū, subtractāq; gratiā, sterneris, sperneris.* Et deinceps paululùm. *Quid est in te Dacia, nisi avaritia, malitia, fallacia, ambitio, proditio, omnis lex expellitur.* Ideoq; ubi tanta scelerum vorago deprehenditur, illuc etiàm sceleratorū undequaq; gregem catervatim confluere relinquitur indubitatum; Ex quo etiàm non rarò penetrant quædam in Sueoniam armēta, ubi non impunitate, velut Spinefontanus impudenter comminiscitur, donantur, sed in rotas, palos & patibula passim regionum aguntur: Quā justitiæ administratione effecerunt hactenùs Sueones, ut hoc tempore raræ admodùm indè sceleratorum cohortes in Succiam commigrent, intra limites Daniæ, velut in mollissimo commodissimoq; consimilium gremio jugiter conquiescentes. Hæc nunc humi prostrata acies, Spinefōtane, spiritum ægrè ducit, aliam proindè turmam de imposturarū umbraculis adducito, quam cruento ferviдoq; meæ præstolantur cohortes ense, pro tom. 2. pag. 197.

 patriæ

patriæ adhuc gratiæ, à calumniarum tuarũ nebulis vindicandâ, decertare oppidò paratæ: Sed quid oculis emissitiis undequaq; circumspectas? quid circumcursitas? quid vociferaris? quos trepidanti advocas voce? forsan tuæ jàm exspirarunt copiæ? Iam oẽs fors profligatæ? novas cõscribe sodes; Neq; hoc decrevisti? victoriam igitur mihi annue, digitum porrigendo mendacem, ingenueq; farendo, Suecones ex anilib. consutos non ostentare annales, sed veras rerum præclarissimè gestarum producere historias; Iohannem Magnum justissimæ gentis statuere primordia Suecanæ; Ex Suecia inclytam Gothorum gentem olim prodiisse; in nationes exteras. Sueões Gothosq; justissimis de causis à fœdere triumRegnorum descivisse; Ideoq; nec fœdifragos, neç perjuros, neq; Danorum tributarios hodiè reputandós; Scaniãmũ & Gotlandiam hodiè jurisdictionis existere Suecicæ, nõ Danicę; Suecones justiore de ratione titulo & insignib, potiri Gothorũ quàm Danos; Iuthos non esse Guthos, neq; Gothos, ut neq; Suecones à Suevis originis suæ incunabula ducere; Suecones nequaquàm gentem factiosam, nec insidiis vel incantationibus utentem; Nec præstantissimos Suecorum Gothorumq;

thorumq; Reges atq; Gubernatores sceleratorum hominũ loco æstimandos; Quemadmodum neq; Sueoniam nebulonum apertissimum asylum; Et deniq; protestando, te invidiâ, odio, & mentiendi libidine, non veritate provocatum, jam impudentibus ac iniquis, nobilissimam Suecorũ Gothorumq; nationem calumniis suscepisse mendaciter onerandam: Quâ in veritate, impudentiâ aliud nihil apud moderni, & sequentis ævi mortales effecisti, quàm & te apud omnem reddendo infamem posteritatem, & inclytam aliàs Danorum gentem periculo infamationis exponendo: Consultiùs proinde tibi, Spinesõtane, Danisq; fuisset, si codex ille famosus nunquàm à te cõsutus, nec ab illis tãto hactenùs applausu publicatus; Siquidẽ cùm unà tecùm dixerint falsum in hunc usq; diem quod voluerint, jàm imposterum unà audire verũ quod noluerint cogantur; Ideoq; si ipsis licuit, usq; eò impudentes & iniquas tantò tempore in Suecorum populum prorsùs immerentem disseminare passim in orbe Christiano calumnias, utiq; nemo sanæ mẽtis homo Sueonib. vitio versurus, neq; Dani ipsis jure succensuri, quòd æquissimâ sui defensione, à suo tã fæda derivaverint ca-

N pite,

pite, in collum Authoris mendacissimi crimina. Quandoquidem, teste Senecâ, *generosus animus cõtumeliam pati nequaquàm possit.* Quocircà nunc receptui cantaturus, illam usurpabo melodiam, quam priscum Sueciæ Chronicon rhytmis olim elaboratum, in vita nobilissimi principis Stenonis Sture senioris, non minus venustè quàm prudenter hoc concentu, in sonos à me Latios revocato modulatur.

Epist. 77.

Honesta quadam vidua,
Qua nuncupatur Suidia,
Decore vix habet pares,
Hanc ambiũt multi mares,
Quam vestra liberã manus
Tenet, cavete nè Danus
Illâ fruatur, in memoria
Idcircò sit Historia;
Hac, ut Suecis dissentio
Lethalis est, sit mentio;
Vobis benè consuletis,
Hanc si prorsùs extirpetis:

Concordi si vos pectore
Manseritis, sit Hectore
Hostis licet audacior,
Achille contumacior;
Non tamen is victoriâ
Fruetur, neq; Gloriâ:
Hic Suecis sit cordi nexus,
Et mutui nunc amplexus;
Pacificè sic vidua
Potientur assiduè
Amore, nec Procus vicin',
Tanget ubera vel sinus.

Jam tua detexi liquidò mendacia, Parve:
Major adest? majus robur habetq; minor.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM HOC LIBRO POtissimarum cognitionem præmonstrans, atq; fideliter indigitans.

Q


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE